



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.


Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

DIRECTORIVM
EXERCITIORVM
SPIRITUALIVM
P. N. IGNATII.



ROMAE, In Collegio Societatis IESV.
Anno M. D. XCI.

PERMISSV SVPERIORVM.



AMDV DVM effecit
Reuerendus P. N.
Præpositus Genera-
lis Claudius Aquas-
mua Directoriam
hoc moliebatur, idq.

iussitat cum omni cura, & diligentia
confici. Nanc igitur confectum, accu-
rate etiam recognitum, cum tota Societa-
te communicari mandauit, meq. hæc duo
insuper addere voluit. Primum, opta-
re se ut adiuncta hac luce Directorij, co-
studiosius incubant nostri ad fruendam
hoc diuinum beneficium, ut certe appel-
lare possumus Exercitia, & non solum
ea ipse in felicitate frequentare, sed
alios etiam ad ea inducere, & excitare.
Alterum est, quod si alicui ex usu, atque
experientia quidpiam occurrerit, quod
vel addi vel commodius dici posse videa-
tur, id per suos Superiores ad eius Pa-
ternitatem deferant, quo multorum iu-

* 2 dicyt

dicis cognitis supra manus huic operi
imponi posse. Nunc enim typis excu-
sum mittitur, ad evitandam operam,
et impensam describendi tot exempla-
ria, quae necessaria erant. Est autem
optandum ut res talis, et iam utilis
quam perfectissime absoluatur. Da-
sum Romae die v. Aprilis M. D. XCI.

Mandato R.P.N. Generalis

Jacobus Ximenez Secretarius.

P R O O E M I V M
D E D I G N I T A T E,
E T U T I L I T A T E
EXERCITIORVM,
E T D E N E C E S S I T A T E
DIRECTORII.



INTER alia instrumenta, que Deus pro sua bonitate, ac clementia, Societati nostrae, tum ad propriam, tum ad proximorum salutem, perfectio- nemq. procurandam largiri digna- tis est, non postremum locum habent spiritualia exer- citia. Hæc enim sunt spiritualia quædam documen- ta, que ut in huius libri præfatione dicitur, non tam ex libris, quam ex ratione Spiritus sancti, & ex interna experientia, & usu, noster in Christo Pater Ignatius composuit. Hæc sunt lumina, quæ ei Do- minus in ipso primo conuerzionis feroce inspirauit, ac deinde in omni progressu eius virtutis, & san- citatis semper confirmauit. Quemadmodum igitur Dominus Deus ideam totam Societatis nostræ, tum exteriorem, tum etiam quæ ad interiorem virtutum formam pertineret, ei tanquam capiti, & fundato- ri communicauit, ita etiam, cum oratio, & commu-

A n n u c i a t i o

nicatio cum Deo sit tam i momenti, ut magna ex parte religiosa obseruantia, ac spiritualis profectus ex ea pendeat, plurimum reservet habere hanc methodum, & directionem ad orationem faciendam ab eodem Capite nostro, quam nos quoq. omnes sequeremur; & pro oculis semper habere conaremur.

Atq. hac causa est, cur ipse P. N. Ignatius in omni sermone, ut accepimus, & vero praxi ipsa tanto per nos tristis commendare soleret usum horum exercitorum; ac in Constitutionibus quoque tam crebro eorum mentionem faciat, & praesertim parte 4. c. 8. & 5. ubi dicitur, omnes operam dare debere, ut in hoc armorum spiritualium genere tractando, quod tanto per se conserre certatur, ad Dei obsequium dexteritatem habeant. Exstat etiam eius epistola ad Sacerdotem quendam Mionam nomine, qui Parisis fuerat eius Confessarius, in quo satis manifeste ostendit, quid ille sentiret de his exercitiis. Monet enim eum acquisitam instantem rogat, ut ea faciat diligenter, & se fecerit, promittit ei magnam utilitatem spiritualiadem, tum in se ipso, tum ad alios quae plurimos inuandos, idq. verbis valde grauibus, & significantibus. Idem vero testimonium dederunt aliij, & plurimi, & quidem insignes viri, & doctrina, & virtute, & rerum humanarum experientia, ac praeceps etiam spiritualium peritia, qui cum hac exercitare ipsa experti essent, ita ea probavunt, ut illorum usum maiorem quam sperare ansi essent, suorum animarum fructum se consequitos esse tum verbo, tum scripto libenter praedicarent.

Sed pro omnibus est auctoritas sedis Apostolice,

quæ

que diligentie examine doctorum virorum premisso
verc exercitii approbavit anno M. D. X L V I I I .
vt pietate, & sanctitate plena, (haec enim sunt eius
verba) & ad edificationem spiritualemq. fidelium
profectum valde utilia . Postremo est etiam ipsa ex-
perientia ingentis, ac prope incredibilis utilitatis,
qua ex his exercitijs faciendas subsequi solet . Pri-
mum enim plurimi ex nostris, presertim primis tem-
poribus, hac modo spiritum vocationis acceperunt,
ut vere dici posse . Societatem nostram hoc maxime
medio, & initio coaluisse, & postea incrementum
acepisse . Deinde plurimi etiam alij relicto mundo
alios religiosos ordines ingressi sunt, multi iam in-
gressi, egregie reformati sunt, nec singuli tantum,
sed s̄epe integra Cenobia . Complures etiam in se-
culo ipso cum ita vitijs addicti esse, ut nullo modo
neq. cohortationibus, neque concionibus auelli pos-
sent, hoc uno sese conuerterunt, & ad melio-
rem vitam constanter ducendam renocarunt . De-
niq. negari non potest, quin valde magnus fructus
omni hominum genere, & statu, & conditione ef-
fectus sit, & ubi eorum usus magis riget, ibi etiam
multo maior monum reformatio cernitur . Nec debet
aliquis mirari quod tanti effectus consequantur &
quidem non admodum longo tempore; addo etiam,
non adeo magno labore . Nam cum Dei voluntas sit
sanctificatio nostra, ut ait Apostolus, & ideo boni-
t̄ illa immensa semper parata sit sua dona effun-
dere super creaturam suam sine dubio, si ipsam
non poneret impedimentum, sed potius scipiam di-
sponeret, facile, ac breui magna a Deo gratia cop-

A a sequa

sequeretur. Hoc igitur faciunt hæc exercitia, & sane valde efficaciter, ut animam disponant ad hæc dona accipienda. Primum enim remouent eam ab omni aliarum rerum, ac negotiorum occupatione, & quasi ad solitudinem quandam ducunt, ut & Deus ad eius cor loquatur, & ipsa faciat quod dicitur in Psalm. Vacate, & videte quoniam ego sum Deus. Deinde vero posito statim ante oculos ultimo hominis fine, nempe æterna beatitudine ostendunt primum quantum hactenus aberrauerit, & ita peccatorum dolorem, & odium ingenerant, deinde virtutum pulchritudinem aperiunt & Christi Domini exemplo ad eius imitationem accendent. Deniq. etiam modum tradunt totius uitæ ex Dei regula, ac voluntate reformandæ, siue status ipse mutandus sit, siue non mutandus, verum in melius corrigendus.

C. V M. ergo horum exercitiorum tantæ sint utilitates, tantiq. fructus, facile apparet, quam consumus nos tristis omnibus commendatus esse debeat, si præsentim illud addamus, quod cum humilitate cognoscere possumus, & certe etiam debemus, hoc eorum quodcumq. est nempe peculiarē hanc instrutionem, ac modum meditandi, & peculiaria hæc documenta tam utilia, tamq. solida esse præclarum quodam donum, ac munus a Deo datum Societati nostræ. Quare cum id Deus nobis donarit, & ideo donarit, ut uferemur, non est dubium quin hoc ipsum exercitare omnes debeat, ut audiūs utamur; nec talem thesaurum abscondiemus, & quasi defossum inutiliter teneamus. Verum quam ualis est hic exercitiorum usus, quem dicimus, tam etiam est necessarium aliquam

P R O O E M I V M .

quam methodum habere in ijs tradendis : tum quia non omnes eandem peritiam , aut dexteritatem habere possunt , tum quia non omnia hoc exercitiorum spiritualium libro comprehendendi potuerant , & ideo sunt in eo aliqua paulo obscuriora , quod ad proxim attinet , tum deniq. etiam , ut seruetur a nostris omnibus uniformitas , & non suo quisq. ingenio , & placito exercitia interpretetur , ex qua noui , ac uariorum subinde modi introducerentur . Hoc igitur ob causam Congregatio prima generalis inter alia , quae necessaria iudicauit ad proximos iuuandos , & nostros operarios dirigendos hoc etiam constituit tit. 8. decret. 28. ut conficeretur Directorium tradendorum exercitiorum , eiusq. rei curam Generali Praepositu commendaret , In quo cum aliqui Patres diligenter laborassent , uel pro sua devotione , uel Superiorum iussu , uisum est P. N. Claudio Acquanius , tum hunc eorum laborem , tum etiam que nonnulli alij adsumbrauerant , quibusdam antiquioribus Patribus in Societate mittere , ut ea uiderent , & iudicium de ijs ferrent , & præterea si quid occurseret , quod addi posset , id scriptis mandarent . Ex quodrum omnium sententijs , ac iudicijs ea que ad nostrum propositum accommodatoria uisâ sunt , in hoc Directorium selecta , & suis locis digesta sunt , ad Dei Domini gloriam , & Societatis nostræ , proximorumq. spirituali profectum .

DIRECT. EXER. SPIR.

Quomodo inducendi sint homines ad exercitia. Cap. I.

Par. 4.c. 8.
lit. E.

DI C I T V R in nostris Constitutionibus cum exercitiorum ratio redditur, non solum id agi debere, ut alijs satisfiat, sed etiam vt in alijs desiderium excitetur, vt eisdem iuuari velint. Ex quo apparet oportere hoc esse nostris propositum, vt quotquot possunt ad agenda exercitia impellant, quoniam cum charitas, & zelus animarum nos mouere debeat, ad desiderandam, & procurandam earum salutem, & perfectionem eadem etiam impellere debet ad eam rem, que adeò apta, & adeò efficax est ad illud vtrunq. in eis operandum. Est tamen opus prudentia, vt id discretè, & modestè fiat, nempe tempore, & loco conuenienti, sine molestia, aut offensione, & nominatim cauendo, ne suspicio praebatur, quod ad religiosum statum trahere velimus. Hunc autem modum prudentem, & cautum inuitandi ad exercitia suggesteret sua cuique prudentia, & Spiritus sancti vincio, quæ vt in alijs, ita in hoc diriget, & iuuabit suos operarios. Pater noster Ignatius ita sentiebat, & monebat optimum modum esse in confessione non importunè, atque ex abrupto, sed aliqua commoda occasione, vel è re nata, vel dextre accersita: aut etiam extra confessionem, cum cernitur aliquis non adeo conten-

tus

tus statu suo , siue propter aliquem scrupulam
intrinsecum , siue propter molestiam extrinsec-
cam , vt si non bene ei succedant negotia , vel si
non bene a suis tractetur , vel ob aliam similem
causam . Interdum etiam optima est commo-
ditas ex ipsis vitijs , aut lapsibus alicuius , cum
præsertim aliquo Dei lumine afflatus ea co-
gnoscit , & dolet , & cupit emendationem . Tunc
enim sepe opportunum est proponere ei hoc
quasi remedium eius infirmitatis . Quæcumq;
vero occasio accipiatur indicādi sunt magni
fructus , qui ex his exercitijs consequi solent ,
pax , & quies animæ , lumen interius , & cogita-
tio ad bonam gubernationem totius vitæ quo-
cunq; in statu . Iuuat etiam proponere aliqua
exempla aliquorum , qui ea fecerint cum fra-
ðu , ita ut postea valde contenti fuerint , ipsaq;
morum mutatione testari sint quantum in eis
profecerint , & ad hoc etiam confert indicare
consolationes spirituales , & gustus , quos ha-
buerunt , nimirum ne labore deterreantur .
Verum in his exemplis commemorandis ab-
stinendum esset ab ijs , qui religionem ingressi
sunt (vel certe hoc postremum tacendum) &
ij potius narrandi , qui in melius nutriti in sa-
eculo manserunt , quoniam facile fieri potest , ve-
quam hortari volumus , idem sibi timeat , &
ideò refugiat exercitia . Immò vero hac ipsa
opinio eripienda esset hominibus , vt putent
solis religiosis , aut ijs , qui religiosi fieri volūt ,
convenire exercitia . Nam cum omnes egeant

S. DIRECT. EXER. SPIR.

gratia Dei, non solum religiosi, sed etiam saeculares propter pericula in quibus assiduè vivunt, ideo ipsi quoque debent ea adiumenta querere, ex quibus ad hanc gratiam haurientem quam maxime disponantur. Notandum est tamen si loquamur de integris, & plenis exercitijs eam fuisse P. Ignatij sententiam, ut non omnibus passim darentur, sed selectis tantum, & qui habiles ad maiora viderentur. Quod ita esse aperte videmus ex quadam instructione, quæ conscripta dicitur ipso dictante, quæ sic habet. Non mihi videtur expedire quenquā hortari ad facienda exercitia, nisi has conditiones, vel saltem præcipuas habeat. Primo ut eiusmodi sit, qui sperari possit valde ut ilis futurus domui Dei, si ad eius obsequium vocatus fuerit, secundo si nondum habebat eiusmodi talenta iam acquisita artium, ac scientiarum, quæ hoc præferunt, saltē ut eius ætatis, atq. ingenij sit, ut ad ea aliquando peruenire posse uideatur, tertio ut liberum sit ei de se ipso statuere, etiam quoad statum perfectionis amplectendum, si Deo placeret eum uocare: quarto ut spiritualem, habitum corporis honestum, ac decentem habeat; quinto ut non ita alicui rei sit addictus, ut ab ea difficulter uideatur posse dimoueri, & ad eam equalitatem perduci, quæ requiritur ad hoc negotium animæ cum Deo rectè tractandum. Ac quanto magis quisq. dubius est de uitæ sue rationibus, & cupidus sciendi quid facere debet

beat de sua persona, & deniq. quanto aptior ad Ecclesiam iuuandam, tantò etiam magis simpliciter loquendo, idoneus erit ad exercitia facienda . Qui vero has conditiones non haberent, uel qui matrimonio iuncti fuerint, aut alioquin inhabiles, non debent ijs tradi exercitia omnia, maximè si alij aptiores ea peterent, uel nostri alijs occupationibus distinerentur . Possent tamen dari eis aliquæ meditationes primæ hebdomadæ, idque si fieri possit, in ipsis eoru domibus, hortando eos, vt in aliqua remotiori domus parte se colligant, vnde non nisi ad missam, & Vesperas egredian tur, aut quando ad meditationes accipiendas ueniunt, hisq. addi poterunt, si ita uideatur, aliqua exercitia, vt triplex modus orandi, & similia. Hec Pater Ignatius, quæ eadem licet paulò breuius habentur etiā in Const. p. 7. c. 4. lit. F.

Quomodo dispositus esse debeat, qui ad exercitia facienda accedit. Cap. II.

Qui ad exercitia agenda aggreditur primo eniti debet, ut intelligat quanta sit res, quam aggreditur, nempe quæ non solum ad animam pertineat, sed ita pertineat, vt si modo ea diligenter præstet, quæ debet, iacturus sit fundamenta spiritualis sui profectus, quæ deinde tota eius vita usq; futura sint. Ex quo intelligat quātam alacritatem, & diligenciam, & fortitudinem etiam ad tantum opus, tantumq. negotiū afferre debeat. Itaq. statuat ipse

ipse secum viriliter agere, & omnia impedimenta diuinæ gratiæ reijcere, & omnes animi sui vires intendere, vt huic gratiæ cooperetur, & se ad eam recipiendam quām poterit optimè disponat. Hanc ob causam ab omnibus alijs negocijs domesticis priùs se expediat, vel certè ea alijs interim committat, ac toto tempore omne sibi amicorum, ac familiarium immò etiam nunciorum, aut litterarū commercium interdicat. hæc enim inentem implere solent varijs cogitationibus, quæ deinde magnopere distrahunt, & conceptum, si quis est, feruorem restinguunt. Immo vero omnem etiam aliam cogitationem de quavis alia re excludere curet, perinde ac si nullum aliud negotium in hoc mundo haberet. Habeat deinde magnam spem in Domini bonitate, & liberalitate, qui cum etiam errantes requipat, & fugientes sequatur, multò magis qui ad se bono animo accedunt recipiet, & complectetur. Quare confidat in illa infinita clementia, quæ cum piū illud desideriū dederit, dabit etiam gratiam, ac vires exequendi benè, ac fructuose, siquidem eius voluntas est sanctificatio nostra. Inter cætera vero ita etiam animo complicatus esse debet, vt libenter & aude exercitiā hæc aggrediatur non tam, vt spirituali dulcedine fruatur, quām vt Dei voluntatem de se intelligat, suumq. affectum à terrenis omnibus auellat, & cum in suo Creatore collocet, Illud vero maxime necessarium, vt præter hoc desiderium

derium proficiendi in spiritu sit etiam bene resignatus in beneplacito Dei, in ijs in quibus adhuc liber est, itaq. animo paratus sit, vt quicquid à Deo cognouerit facié dum esse, omnino exequi decreuerit. Quare nō debet quisquam deliberationem aliquam secum afferre, à qua dimoueri nolit. Deinde nō debet etiam modum ac terminum ipse ponere Dei donis, ita vt vsq. ad quosdam limites se illuminari, ac iuuari velit, non autem amplius. Nam præter quam quod valde indecens est, vt creatura hoc modo agat cum suo Creatore, valde etiam sibi ipsi nocet, primum quia seipsum priuat illis maioribus donis, quæ Deus fortasse daturus erat; deinde quia illa ipsa illiberalitas, & restrictio, & ingratitudo in Deum meretur, vt ne ea quidem accipiat, quæ veller accipere. Quare debet potius animi situm dilatare, vt quam maximè possit sese cum Deo coniungere, & quam maximè ab eo dirari, & locupletari thesauris istis cælestibus desideret. Atque hæc quidem obseruanda sunt ei erga Deum; Erga eum vero qui daturus est exercitia, ita se gerere debet, vt eum accipiat, vt magistrum, & ducem huius itineris dubij, & periculosis, & ideo etiam si alioqui prudens sit, vel doctus, & in rebus agendis exercitatus, tamen pro hoc tempore non confidat suæ prudentiæ, vel doctrinæ, sed totum sese committat huic suo duci, ac quemadmodum ait Apostolus, Stultus fiat, vt sit sapiens, illudq. Beati Petri monitum.

exc-

exequatur, sicut modo geniti infantes sine de-
lo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salu-
tem . Itaq. instructorem suum ita intueatur,
tanquam Dei instrumentum ad hoc sibi mis-
sum, vt eum dirigat, & perducat per eam viam.
quæ ad vitam dicit . Quam ob causam cum
omni reuerentia, & alacritate, & confiden-
tia excipere debebit, quæ ei proponet . Præte-
rea nihil eum celet, nihil dissimulet, sed sin-
cere totum cor suum ei patefaciat, & candi-
dè referat quomodo singulæ meditationes suc-
cesserint, quas in eis , vel extra eas reliquo
tempore consolationes , desolationes, lumi-
na , vel bona desideria senserit . Deniq. obe-
diat ei in omnibus perfectè , neque alias me-
ditationes, aut alium ordinem teneat quam
ille præscriperit, idemque in pœnitentijs, &
corporis castigationibus ; & in summa hoc si-
bi persuadeat, quò diligentius, & exactius il-
lius ductum sequetur , eo aptiorem fore ad
Dei gratiam largius accipiendam , quia il-
la humilitas , & illa simplicitas valde Deo pla-
cket , & cum talibus est eius sermocinatio .
Hæc igitur necessaria quidem sunt , vt ple-
nior fructus eliciatur . Sed tamen si is, qui
tradit exercitia timeret, ne si omnia propo-
nat exercitanti, fortasse eum deterrent, ac
retraherent, melius esset, vel aliqua tantum
horum proponere ab iunctio, vel non admor-
dum exaggerare , sed si postea cum gusto spi-
rituali eum affici viderit, magisque capacem
ad hæc

ad hæc portanda, tunc eum paulatim excita-re ad exercitia peragenda cum omni perse-cutione.

Sunt etiā alia , de quibus monendus est qui facit exercitia , sed quia hæc continen-tur in annotationibus , vel regulis scriptis in libro exercitiorum , non est ; quod hic repe-tantur. Hoc tamen de ijs addendum , debere eum omnem diligentiam ponere in eis obser-uandis quoniam quò diligentior in hoc fuerit, eo citius, & vberius inueniet fructum spiritualem , qui queritur .

Illud etiam in particulari attingi potest , non debere eum legere nisi scripta, quæ ei tra-duntur , nec libros habere in cubiculo , vt oc-easio legendi præcidatur , præter Breuiarum , si Sacerdos sit , aut Officium Beatæ Virginis , si tamen instructori videbitur, posset in prima hebdomada legere librum Gersonis de imita-tione Christi , in secunda aliquid ex Euange-lijs , & Sanctorum vita , vt dicitur in annotatio-nibus post primam meditationē secundæ heb-domadæ . Sed has vitas sanctorum oporteret esse selectas , & valde accommodatas ei , qui fa-cit exercitia , vt si esset vxoratus , oporteret ei tradere vitam alicuius qui sancte vixisset in sæ calo , similitet in religiosis , & in alijs simili-bus . Quare is labor , & diligentia esse deberet instrutoris in idoneis feligèdis , porro in Euā-gelijs non debet legere nisi illud mysterium , quod eadem hora , vel die est meditaturus , ut ha-

vt habetur in primo notab. post quintam contempl. 2. hebdomadæ. Tamen si post actam meditationem tædio affici videretur, ac potius tempus perdere, posset etiam, vt dictum est, addi aliquis aliis liber, vt prima hebdomada, Dionysius Carthusianus de quatuor nouissimis, Confessiones sancti Augustini, aut similes; hoc aduertendo, vt non solum boni, & utiles sint, verum etiam apti, & opportuni ad gignendum illum affectum, qui eo tempore in exercitijs queritur, vt contritionem, vel timorem, vel Dei amorem. Quinetiam monendus est, & docendus vt ipsam lectionem dirigat ad meditationem, nimirum non legendō cursim auiditate sciendi, & videndi noua, sed immorando, & perpendendo accuratè ea quæ legit, & intrando in eosdem affectus. Quod de legendō dicitur, idem de scribendo dicendum. Nihil enim aliud scribi debet præter ea quæ pertinent ad orationem, nempe puncta aliqua quæ Dominus communicauerit in meditatione, vel etiam extra meditationem, quæ tamen breuissimè notanda sunt, non diffusè per modum sermonis. Hæc autem puncta possunt esse duplicis generis, vel practica quæ pertinent ad agendum, vt sunt desideria quædam, aut firmæ deliberationes faciendi aliquid, vel quæ pertinent ad cognoscendum, vt sunt quædam veritates, aut lumina circa aliquam materiam, vt alicuius virtutis v. g. humilitatis, contemptus mundi, patientiæ &c. vel etiam in aliqua

aliqua materia meditationis, vt incarnatio-
nis, vel passionis Domini, & similia eiusmodi
præsertim, quæ sint quasi axiomata quædam, &
via[m] aperiant ad bene percipiendas, & medi-
tandas illas materias. Sed illud cauendum ne;
vel legendi, vel scribendi dulcedine ita se quis-
piam distineri sinat, vt tempus eripiatur me-
ditationi, aut etiam præparationi ad medita-
tionem. Semper enim aliquantò ante medita-
tionem debet omnia relinquere, & omnino
suam cogitationem conuertere ad puncta il-
lius exercitij quod iam instat. Addo etiam,
cauendum hoc quoque ne nimis legendo, aut
scribendo defatigetur animus, & quasi vires
eius exhauiantur, oportet enim saluam sem-
per relinquere meditationem, & cætera omnia
huic vni seruire.

Qui exercitia exactè facere volunt, viresque
idoneas habent, ijsquinq. horæ meditandi quo-
tidie præscribi solent, prima circa medium no-
tem, quod tempus propter quietem, ac pro-
fundum silentium valde aptum est meditatio-
ni; secunda sub aurorā, tertia paulo ante pran-
dium, quarta post meridiem, quinta sub Ve-
speram, & post vniuscuiusq. horæ meditatio-
nem quadrans etiam ad examen præcedentis
meditationis. Cum alijs, qui debilioris sunt
valetudinis, vel tam exactum modum seruare
non possunt, dispensari poterit de hora media
noctis, ita vt quatuor horæ maneant, aut etiam
pauciores, si instructor ita expedire iudicaue-
rit.

rit. Ut verò plures sint quām quinq. rarò continget, ut expeditat. Nam cum nimis continuantur hæc exercitia mentis, ita retundi solet, ut obtusior etiam reddatur intellectus, & voluntas minus efficax.

De loco exercitijs idoneo, & de quibusdam particularibus. Cap. III.

Locus ad facienda exercitia non est dubiū, quin debeat esse remotus ab hominū concursu, & aspectu etiam maximè familiarium. Ita enim monet Pater N. Ignatius annot. ultima vbi etiam tres eius rei commemorat vtilitates. Quare si exercitans alibi, tam commodè, & tam fructuose non potest, & Superiori ita videatur, poterit excipi domi nostræ, sed in aliquo cubiculo, quod sit quām maximè separatum ab alijs cubiculis, & officinis domesticis, ut quām minimè videat, vel audiat quæ à nostris fiunt. Quod vero ad expensas attinet, cum ille in domum nostram venerit, consultatur superior: ad cuius prudentiam pertinebit, ita omnia moderari, ut si ille aliquid obtulerit pro victu, neque occasione domus non grauanda minuatur fructus, ac numerus eorum, qui exercitia facere possunt, neque contra aliquid fiat quod sordidum videatur, & auaritiae speciem præferat.

In hoc loco præter instrutorē debet etiam esse qui ei inserviat, & necessaria ad victum defe-

deferat . Hunc autem oportet esse fidelem, discretum, taciturnum, quique sua modestia , & humilitatis, ac deuotionis exēplo ædificet. Nil autem loquetur, nisi de ijs , quæ ad viētū, aut cubiculum, & ministeriū suum pertineant, Idq. paucissimis, omnia semper ad instructorem rei ciendo, quem etiam de singulis certiorēm faciet, nec rem villam ei deferet, etiam postulatus, nisi illo consulto.

Componet lectum, & cubiculum verret opportuno tempore, quod fere erit tempore misse. Cætera etiam quæ opus erit, munda, & apta afferet, præferendo semper magnā charitatem, & diligentiam: atque inter alia meminaret etiam pro ipso orare quotidie. Aliquando etiam profuit huic ministerio eum deputare, qui notus, aut familiaris esset exercitanti, id que iuuat non solum ad consolationem quandam ipsius, sed etiam ad profectum spiritualem, quoniam aliqui interdum confidentius se aperiunt amicis huiusmodi, quam ipsi Instructori, si eum nunquam antea norant . Sed hoc totum pendere debet ex iudicio eius, qui tradit exercitia, ut videat quatenus hic progredi debeat, quid loqui, & quomodo. Debet enim vti eo tamquam instrumento suo iuxta id quod intelliget conuenire ad maiorem utilitatem exercitantis. Quod ad victum attinet, querendum est ab eo quid sibi parari velit, idque ei afferendum, quod ille petierit.

Preter hunc qui ei ministras, ut plurimū

B non

DIRECT. EXER. S. I.R.

non debet ab alijs visitari. Nam de secularibus quidem nulla est dubitatio , nisi aliqua necessitas urget . Ex nostris autem aliquis mitti posset , cum vel qui facit exercitia , id peteret ab instructore , vel instructor etiam illo non presente ita iudicaret ad eius consolationem vel profectum . Quicumque autem eat , cauere debet , ut nullus nisi utilis sermo habeatur , ac de rebus spiritualibus , nulla tamen significatio quod eum ad hanc , vel illum vita statum impel lero velit , præsertim vero ad Societatem . Nam praterquam quod vocatio debet esse libera & a Deo venire , ipsi etiam qui in hac deliberatione versantur , si id intelligent , aut suspicentur , eo magis retrahi solent , & contra ytexperiencia sapientia ostendit , eo magis incitari , cum in nostris nullam takem cupiditatem animaduertut .

Qualis esse , & quid facere debet qui exercitia tradit . Cap . I V .

Quod ad illum attinet , qui exercitia traditur est , illud primum à R. N. Ignatio 4. par. c. 8. p. 3. precipitur , ut prius ea in se ipso sit expertus , ut rationem eorum reddere possit , & dexteritatem in ijs tradendis habere . Quod ut facilius assequatur (ut ibidem dicitur in declaratione) prius quibusdam traditione deberet , in quibus minor eslet iactura , si quid erretur , ut verbi gratia , Inioribus , aut ijs , qui non ingressuri sunt electionem de vita statu .

statu. Deinde etiam proderit conferre suum modum procedendi cum aliquo magis exercitato, bene adnotando quid magis vel minus conuenire deprehenderit. Itaque hoc primum & præcipuum esse debet, ut sit bene versatus in rebus spiritualibus & nominatim in his exercitijs. Præterea sit prudens, & discretus, parcus, & moderatus, consideratus in sermone. Sit etiam suauis potius, quam austerus, maxime cum ijs, qui tentationes, vel etiam desolationes, aut ariditates, & tædia patiuntur, quos consolari, animare, & erigere debet opportunis consilijs, & precibus tum suis, tum aliorum. Expedit etiam ut gratus ei sit, qui facit exercitia, quoniam hoc modo magis ei confidet, seque magis aperiet.

Porro in agendo cum ipso meminerit auctoritatem quandam semper retinere, seruata quadam maturitate, & grauitate, & que etiam magis, quo is qui in exercitijs versatur, maior ipse fuerit. Hoc enim valde expedit ad eius spirituali profectionem, ut locum, & personam Magistri, ut vere est, tueatur. Et si haec auctoritas temperata esse debet humilitate religiosa, que eluceat in omnibus eius dictis, & factis; ita ut ne vestigium quidem ullius vanitatis conspicatur; sed in hoc Christum imitari debet, qui cum forma esset omnis modestia, tamen, sicut scriptum est, loquebatur tamquam potestatem habens. Itaque cum omni libertate officium suum exequi debet, tum docendo, tum monendo,

tum dirigendo, vbi quipiam curuum, aut distortum esse viderit. Caveat cum bonum alii quem effectum viderit in ijs, qui se exercent, quicquam suæ industriae, aut peritis tributare, cu hi omnes effectus gratia sunt a solo Deo, & consilia extrinsecus adhibita præterquam quod si bona sunt, ab eodem Deo sunt, tantam vim habeant, & tantum operentur, quantum concurrit, & cooperatur Deus. Ex altera tamen parte multum confidat in Domino, & ab eo speret certum auxilium tum sibi, tum ei qui facit exercitia. Illud autem valde observandum, ut nihil de suo apponat, sed cum eiusmodi consilia debeant ex diuina inspiratione suscipi, caueat ne indiscreto zelo conetur aliquid ei suadere, sed finat Deum, de sua creatura disponere iuxta placitum bonitatis suæ. Quod ut melius, & facilius in opere præstet, seruet se in animo plane indifferentem, & in nihil aliud eius voluntas feratur, nisi ut sanctissimum Dei beneplacitum in anima illa plene, & perfecte compleatur, & ipse tantum in eo laboret; ut qui se exercet, id inuestigare sciat, & sciat se a demonis deceptionibus expedire, quibus homines retardare solet.

Curet etiam perspectum habere eum qui facit exercitia non tantum quoad statum, & conditionem, si nobilis sit, vel plebeus, doctus vel indectus &c. Sed etiam quoad peculiares quasdam partes, ut si simplex, vel prudens sit, si prouestus in rebus spiritualibus, an adhuc rudis,

rudis, ac nouns, si intelligens, & capax, an vero hebetior, & tardior. Nam cum diuersis diuerso modo agendum est, ut rudioribus sunt res explicatius proponenda, alijs autem breuius &c. Illud autem in primis necessarium ut qui exercitia traditurus est totum librum exercitorum perlegerit, eumque præ manibus habeat, & præsertim annotationes & regulas. Neq. sufficit cursim ea videre, sed omnia accurate, immo singulas penè voces expédere oportet, quoniam quædam sunt in ijs breuissime dicta, quæ magnum pondus habent, & ignorata, aut præterita dampnum afferunt. Itaque tum antea accurate ea vidisse oportebit, tum vero in dandis exercitijs relegēda erunt accuratius, præsertim quæ pertinent ad illud tempus, in quo tum versatur exercitans. Iuuabit etiam ut singula exercitia, antequam ea tradat, aliquantulum ipse meditetur, si fieri poterit, ut melius imprimat alteri. Cœptis exercitijs sit diligens, in visitando suis temporibus exereitante. Videtur, autem expedire, ut quotidie semel eum adeat, neque tamen sapientis, nisi aliqua occurreret necessitas, idque prima præsertim hebdomada, in qua talis necessitas facilius contingere potest. Immo cum aliquibus hominibus grauibus, & bene introductis in spiritu, & deuotione, posset etiam aliquando esse utilius ut aliquis dies omitteretur. De tempore autem eum visitandi, videat ipse quod sit cōmodius & aptius. Ex natura qui-

21 DIRECT. EXER. SPIR.

Item sua videtur matutinum, quia tunc animus est magis dispositus ad res percipendas & penetrandas. Quamquam fab vesperam sicut esse maior necessitas, quia tunc interdum magis crescunt tentationes, & desolationes, quia animus est minus aptus ad contemplandum, & ideo interdum incidit in morositatem quandam, & magis est expositus temptationibus. Videat etiam instructor, an aliquando ex peculiari causa expeditat, ut statim a prandio, vel a cena ipse, vel aliquis alius maturus, & discretus ab eo designandus cum exercitante maneat ad honestam recreationem. Igitur quodcumque tempus elegerit ad eum inservendum, cum ad ipsum venerit, interrogabit quomodo se habuerit ab ea hora, qua illum postremo vidit, & praesertim in meditatione, nimisrum quem modum tenuit in meditando, quos mentis discursus, quas voluntatis motiones haberit, quas consolationes senserit, & in quibus punctis. Si bene procedit, & consolationibus abundat, non valde laudare oportet; ne sibi complaceat, sed primum doceat quomodo solidum fructum ex illis consolationibus elicere debeat. Natus si nihil aliud fiat, abeunte illo suavi sensu, qui fere non diu durare solet, nullus fructus remaneret. Quare instruendus est ut eas consolationes dirigat ad morum emendationem, vitæque totius institutionem, quia ut scriptum est, non auditores legis, sed factores iustificantur. Atque hoc etiam monendum

reades est, ut breuiter in scripto ponat nostra
billiores consolationes, & lenima, quoniam
prodierunt multum alio tempore; cum ea non
habebit. Deinde vero præparet illum ad tem-
pus desolationis, & ariditatis, quæ solent fre-
quenter contingere, ne deinde cum contigea-
rit, insiparus sit. Atque hoc tempore cum res
benè succedit, non oportet diu cum ipso rema-
nere, sed sinendum ut creator cum creatura
sua, & hæc vicissim cum illo transigat, nisi ne-
cessarium videretur ad eum vel dirigendum,
vel etiam recreandum si nimis absorptus eset
cogitationibus illis.

Contra vero si exercitans aridus sit, & deso-
latus, aut distractus in meditando, percuncta-
ri debet, quomodo se gesserit in meditatione,
& nominatim quomodo obseruarit additio-
nes, & si in aliqua remissum inuenierit, moneat,
& instruat. Aperiat etiam ei viam ad medi-
tationem, attingendo, & quasi indicando ali-
quos conceptus, quos deinde ipse cogitatio-
ne prosequatur. Hortetur ad patientiam, &
longanimitatem, ne se obrui smat tædio, ac pro-
pter molestiam, & laborem auertatur ab ora-
tione, quia si fortiter cum spe, ac fiducia per-
seueret pulsare ad ostium misericordiae diu-
næ, non poterit non aperiri iuxta illud, Si mo-
ram fecerit, expecta eum, quia veniet, & non
tardabit. Moneat etiam optimum remedium
consequendi à Deo deuotionem esse, vt humili-
etur sub potenti manu Dei, & se subiiciat, ac

resignet eius diuinæ voluntati; s̄pē enim illa
 displicentia, & amaritudo nō tam venit ex fer-
 ore, quam ex tæita quadam superbia qua ho-
 mo confidit in sua diligentia, vel quia in eo
 etiam vellet excellere, aut ex amore proprio
 quia amat consolationem. Quare hoc omnino
 obseruandum est, vt cum fecerit quod in se est,
 cætera permittat diuinæ voluntati, & charita-
 ti, & confidat, quia illa ipsa ariditas ideo per-
 mittitur à Deo, quia sibi sic expedit. Et hic ip-
 se affectus humilitatis, & subiectionis erga
 Deum s̄pē magis efficax est, vt concedat gra-
 tiam bene orandi. In primis autem cœuat In-
 structor, ne vñquam det ei occasionem suspi-
 candi, quod minus bonam opinionem de se h̄a-
 beat, etiam si non ita se bene gesserit, sed osten-
 dat illi semper se bene sperare, & sua spe etiam
 illi animum, ac spem addat. In proponendis
 punctis meditationum non oportebit ea val-
 de exaggerare aut etiam ita enucleare, vt qui
 meditatur, ipse nihil noui per se inuenire pos-
 sit, aut certe ægre. Experientia enim docet ma-
 gis omnes delectari, & moueri etiam ijs, quæ
 per se inueniunt, & ideo satis erit quasi digi-
 to indicare venam, quam deinde sibi quisque
 effodiat. Si tamen essent aliqui parum capa-
 ces, ijs possét paulo magis declarari. Ipsæ autē
 meditationes dari solent in scriptis, ne fatige-
 tur memoria exercitantiis, quod solet impedi-
 re devotionem, cum vires omnes sint integræ
 reseruandæ intellectui, & voluntati.

Deniq.

Denuo inter alia quæ Instructor attendere debet, est etiam illud ne exercitans caput lagat nimis attentione orandi. Est enim magnum huius periculum, tum tempore desolationis, quo anima magis committi solet, quasi aduerso flumine, tum etiam cōsolutionis cum se totam dat propitijs ventis. Quare non sufficit monere de moderatione seruanda; nam cum iij qui exercitia faciunt, vt plurimum sint rudes, & noui in meditando, non ita possunt cognoscere, quid sibi noxiturum est: sed oportet interrogare quem modum seruent in eleuanda mente in Deum, & in ea retinenda in Deo, & nominatim in compositione loci, ac si appareat eos sibi vim facere, docendi sunt de modo, ac ratione cogitandi suauiter de diuinis, primo quia alioquin durari non potest, & impeditur meditatio, deinde etiam quia solidus fructus consistit in cognitione illarum veritatum, & voluntatis motione; quæ procedunt ex lumine intimo: non autem in hac attentione violenta, aut in coactijs illis lachrymis, quas merito irridet Cassianus. Postremo quia hoc negotium orationis etiam si nostram quoque cooperationem exigat, maiori tamen ex parte pendet a Deo, & est donum Dei. Quare ad hoc potius se anima disponere debet per humilitatem, & puritatem, quam confidere in sua præparatione, & industria.

Reliqua quæ in vniuersum monendus esset Instructor, siccè continetur in libro Exercitiorum,

rum, partim in meditationibus ipsis, partim in annotationibus, partim etiam in regulis illis discernendi spiritus, quæ sunt valde utiles, & quasi lucem præferunt in omni hoc itinere spirituali, tum prima hebdomada, tum omnibus sequentibus. Et ideo iterum repetendum quod supra attigimus debere hunc librum admodum familiarem esse instructori, eiusque memoriam renouandam eotempore, quo exercitia traduntur, quia quotiescum leget, toties nouum lumen, & intelligentiam hauriet.

In quo etiam admovendus est, etiam si ex una parte omnem eius ordinem, ac methodum, & particularia documenta exactè seruare debet, & quo exactius servabit, eo magis concurret Dominus, tamè ex altera parte multa permitti eius prudentia, pro varietate, vel personarum, quæ faciunt exercitia, vel spirituum, quibus agitantur, ut vel ista exercitia moderari, vel etiam aliqua alia præsenti earum necessitatibus opportune præscribere possit, vt aperte dicitur Annotat, 17. & 18. ex primis, & alibi.

De variis hominum generibus, quibus dari possunt exercitia. Cap. V.

Quibus exercitia dari possunt in universu in duas classes diuidi posse videntur. Alij enim sunt, qui omnes illas conditiones habet, quas Cap. primo diximus requiri, vt integra exercitia peragant, & de his nihil hic in particuli-

culari dicendum est : ad eos enim pertinent omnia quæ toto hoc Directorio dicentur, maxime si de totius vita statu deliberare velint. Alij igitur sunt, quibus non sunt tradenda plena exercitia, vel quia iam in statu sunt, ut matrimonio vincti, & alijs quibus ob alias causas non expedit dari electionem, vel quia propter negotia publica, aliasve occupationes tēpus, aut locum non habent, ut sunt Magistratus, & quidam aliquādo nobiles, aut patresfamilias, & similes, vel quia non aliam utilitatem quam ex exercitiis, quam ut generalem Confessionem faciant, & ad reliquam vitam bene dirigendam instruantur, vel quia non admodum capaces sunt, ut sunt rudes, & illiterati, qui tantum iuuandi sunt iuxta eorum captum.

Igitur quod attinet ad religiosos (non agimus hic de nostris, quia de his separatim agimus Capite sequenti) si antea nullam mentalis orationis usum habuerunt, eadem est ratio, quod ad eos instruēdos attinet, quæ alterius cum ius suis sacerularis, maxime si antea laxiorem, & liberiorem vitam duxissent. Tunc enim diligenter exercendi essent prima hebdomada, ut habeat cognitionem, & contritionem suorum peccatorum, tum quæ in seculo, tum quæ in cœlione commisissent, quia hoc est fundamen-
tum ad reformationem, & correctionem totius vitae. Si vero antea etiam dediti fuissent orationi mentali, & deuotioni, tunc prima hebdomada breuius percurri poterit, ut diligētius

tius immoventur in meditatione vita Christi,
 Illud vero in prima hebdomada, & deinceps
 præcipue curandum erit, vt in sua vocatione
 confirmentur, & sibi persuadeant hanc viam
 sibi constitutam esse ad beatitudinem conse-
 quendam, vt regulas sui ordinis plurimi faciant,
 & eas quam diligentissime obseruent, & ad
 suum institutum quam maximè afficiantur, vt
 causas intelligent, quare adhuc minus profe-
 cerint, & ad hunc finem meditationes, & exa-
 mina dirigant, quod ab initio explicandum
 erit, & deinde semper continuandum. Deniq.
 etiam vt zelum concipient iuuandi alios siue
 proximos iuxta suum institutum, siue etiam
 fratres ejusdem instituti, & exemplo, & opere.
 Electio status non est eis danda, sed tamen iu-
 uabit tradere regulas, & instructiones eius, vt
 possint deinde alios iuuare, vel etiam de rebus
 occurribus deliberare eodem modo quo in-
 fra dicetur de hominibus Societatis. Quin e-
 tiam finitis exercitijs posset eis communicari
 liber, si ipsi cuperent, & eo bene usuri videren-
 tur, & deniq. doceri etiam possent de modo
 tradendi alijs exercitia. Ceterum sciant no-
 strí vix fructuosius operam poni posse, quam
 cum religiosis, quoniam non in ipsis tantu-
 fructus ille residet, sed ordinarie manat ad alios,
 primum quidē ad eorum fratres, qui ipsorum
 exemplo iuari possunt, deinde etiam ad sacra-
 lares quorum animas illi tractat. Et ideo licet
 omnibus religiosis utilia semper sunt exerci-
 tia,

tia, tamen ijs maxime à quibus, vel ratione officij, vel alterius eiusmodi causæ utilitas in alios deriuari potest, vt sunt Magistri Nouitiorum, Superiores, Baccalaurei, Concionatores, & alij eiusmodi. Quo fiet sèpè, vt vno reformato alij multi reformatur: idq. commodius est quam vt nos ipsi id per nos præstemus, ne videamur velle esse aliarum religionum reformatores, quod solet esse odiosum.

Si sint coniugati, aut patresfamilias, dirigenda erunt exercitia ad eum finem, vt iuxta diuina præcepta familiam regant, liberos & seruos instruant, præterea vt redditibus, & facultatibus iuste, ac pie, & sobrie vtantur, & elemosynas faciant pro viribus suis, neque excedant in sumptibus, aliaq. similia de quibus agitur in lib. Exercitiorum, in fine secundæ hebdomadæ. Hi autem effectus, quos diximus plerunq. solent in anima consequi ex meditationibus ipsis quanquam alterius materiæ: quoniam cum verè timor, vel amor Dei ingeneratus fuerit, facile etiam reliqua vita tota reformatur. Sed tamen si Instructori videretur propriam aliquam directionem de his dare, vel extra orationem, vel in ipsa oratione per aliquam meditationem, posset etiam hoc fieri, quod idem intelligimus de alijs quoque hominum generibus, de quibus statim dicemus.

Si fint Ecclesiastici, ita erunt instituendi in exercitijs, vt cognoscant quantam virtutem exigat ille status, eamq. acquirere cupiant, & doleant,

dolçant, si non haçtenuſ habuerint. Quare ita dirigendi ſunt, vt vitia, & prauos affectus exuerere decernant, & contrarijs ſe virtutibus ornare, quæ Ecclesiastico homini neceſſaria ſunt, vt ſemper meminerint, ſe diuino cultui, & Ecclesiæ ministerio dicatos, & conſecratos eſſe, ideoq. munus ſuum implere ſatagant, vt etiam beneficiorum prouentus rectè diſpensare, & in eos uſus, quos oportet, erogare ſtudeant, denique vt etiam zelum Dei habeant, & pro animalium ſalute iuxta vires, & talentum, & officium, elaborent.

Si ſint Magnates, aut Magistratum aliquem gerant, ijs quoque debebunt ſua præcepta, & documenta tradi, vt iuſtitiam adminiſtrent, vt auaritiam, & ſuperbiā fugiant, vt paup̄eres ſubleuent, vt ſe Dei ministros in illo ope- re eſſe ſentiant, vt ſemper Dei timorem, atque honorem omnibus rebus proponant, & alia, quæ Inſtructor ſua prudentia per ſe videre poterit, & ad ea dirigere cum quē inſtruit. Quod si eiusmodi homines propter publica negocia, quæ gerunt, vel ob alias honestas cauſas non poterunt omnino vacare exercitijs, oportebit accipere, quod poſſunt, vt ſcilicet aliquas ſaltem horas quotidie meditationi tribuant. Et tunc etiam poterunt manere in domo ſua, ita vt Inſtructor adeat ad ipsos ſuis temporibus; quod aliquando melius eſſe poſſet, quam ut ipſi domum noſtram veniant ad Inſtructorem, praesertim cum ſunt perſonæ illuſtriōtes, quiaſcī fa-

sc facilius res celatur. Illud tamen longe vti-
lius si possent in aliquod prædium, aut cœno-
bium sedere, vt fecit P.N. Ignatius in monte
Cassinate. In ipsis autem exercitijs ita pro-
cedendum erit, vt res, ac tempus postulabit.
Nam si minus temporis spatium quotidie im-
pendant meditationi, eo magis proroganda
erit prima hebdomada, & confessio generalis,
& reliqua. Sivero plures horas meditando in-
sumant, poterunt ista omnia celerius expedi-
ri, vt magis vel minus accedatur ad consuetam
formam exercitiorum. His autem electiones
non sunt dandæ, nisi forte deliberare vellent
de officio, vel dignitate aliqua suscipienda, vel
deponenda, aut etiam de vitæ statu ij, quibus
integrum est. Monendi autem sunt, vt saltem
horis illis, quibus meditationi vacant, ab om-
nibus aliarum rerum cogitationibus se expe-
diant, quantum fieri potest.

Si sint rudes, & illiterati, non erit multum
temporis cum eis insuendum, nec tradenda
sunt eis integra exercitia, sed seruandus est
modus, qui indicatur in annot. 18. ex viginti.
Ad hoc autem caput pertinent etiam feminæ,
quarum aliquæ interdù expetūt exercitia, atq;
ideo cum ijs idem modus seruari debet, qui cū
rudibus, nisi esset aliqua tam bono iudicio, &
ita capax rerū spiritualium, tantumq. ocij do-
mi haberet, vt exacte omnia, aut maiorem par-
tē facere possit, tunc enim nihil impediret etiā
hec fieri; sed cum vtroq. genere illud obseruari
debe-

§2 DIREC^T. EXER. SPIR.

deberet, quod prudentia est, ut ipsae in ecclesiam nostram veniant ad accipientias meditationes & ita caute procedatur, ne illa suspicio, aut scandalum sequatur: quam etiam ob causam fortasse expediet, ut non deantur meditationes in scriptis, sed voce, ne homines existiment alias esse epistolas. Quod si scripto vtendum erit, fiat omnino discrete.

De modo tradendi nostris exercitia,

Cap. VI

Quod ad nos tristis attinet, primam quidem ijs, qui Societatem ingrediuntur, omnino debent dari exercitia omnia integra, & iuxta formam in libro præscriptam. Cum enim hoc sit vnum ex experimentis, quod N.P. Ignatius requirit, requiritur etiam, ut fiant plane, ut iacent, excepta tamen electione. Præterea in progressu temporis cum cōtigerit, ut se colligat ad facienda exercitia, debebunt hæc ipsa aliquoties, ut bis, vel ter, facere, si non integrè, saltē ea quæ sunt primæ hebdomadę, & aliquot meditationes ex sequentibus ut de régno Christi, Incarnatione, tentatione domini, institutio ne sanctissimi Sacramenti, Passione, & illa, quæ est de amore excitando, prout opportunum fuerit, & tempus concesserit. Quod propterea faciendum est, quia cum deinde exercitia alijs daturi sint, omnino oportet, ut ipsi ea prius bene nota, & perspecta sibi fecerint. Quam etiam ob

ob causam oportet, vt præter meditationes bene intelligant, ac teneant usum quarundam regularum, & annotationum. v. g. annotationes viginti initio libri exercitiorum positas, examina, additiones decimas, in fine prime hebdomadæ, regulas electionum, & alia eiusmodi; & ideo legere debebunt librum, & bene intelligere, ac de quo dubitabunt, querere ab eo, qui eis tradit exercitia. Ceterū postquam ea, vt dictum est, aliquando fecerint, & repetierint, reliquo deinde tempore dum nondum ita exercitati erunt in usu meditationum. Et si in quotidianis meditationibus potest quisque pro sua denotione, vel necessitate ea meditari, quæ Dominus suggerit, ex Euangeliō, Scripturis, vel alia (re tamen præ securiore direktionē, ac utilitate maiore cum Praefecto rerum spiritualium, aut cum Superiore communicata) tamen cum agitur de tempore aliquo certo meditationibus, & secessione tribuendo, quod nos communiter exercitiorum vocabulo appellamus, quia fere expedit ab aliqua purgatione inchoare; conuenit ut aliqua exercitia purgativa non prætermittant, ut de morte, & de peccatis, præsertim reflectendo ad ea, quæ in religione admiserint. Neque tam expedit dare in scriptis exercitia ista accommodata religioso statui, ut exercitia P.N. Ignatij integra, vt sunt, conseruentur, nulla re addita, vel transformata, ac præterea quia etiam ipsi maiorem sine dubio gustum, & mo-

C tum

sum sentient ex ijs, quæ ipsimet intuenterint,
quam quæ ab alio ita minute enucleata accep-
perint. Sed tamen Instructor potest aliquam
instructionem, aut lucem dare, & tanquam in
via ponere; monendo exercitantem, vt ipse si-
bi applicare consuecat, vt v. g. in fundamen-
to, postquæ cogitauerit finem hominis, adact
hanc finem in eo statu, in quo nunc est, vt quo-
niam iam non potest esse indifferens ad diui-
tias, & paupertatem, applicet hanc indifferen-
tiam ad eas materias, quæ occurruunt in Socie-
tate, & sic de alijs.

Notandum est etiam primam hebdomadam
debere in nostris si semel exacte exercitia fe-
cerint, ordinarie satis breui tempore expedi-
ti, ita vt etiam interdum minori spatio quam
eridui, vel etiam aliquando bidui expediri pos-
sit, si ita videatur, vt gradus fiat ad secundam
hebdomadam, in qua vt plurimum diutius im-
morandum est. Quare hoc potissimum ex In-
structoris iudicio pendere debebit, qui si vide-
rit aliquem maiore purgatione indigere, po-
nit, & debebit eum diutius in ea retinere,
state omnia conando, vt cum inducat ad des-
iderandam sui ipsius reformationem perfectam.
Materia autem circa quam hæc reformatio ver-
fari debet, hæc fore est, passiones non bene do-
micas, mali habitus, peruersæ inclinationes, vt
ad honorem, & estimationem propriam, vel
propra voluntatem, ad corporis commodi-
tates &c. Tentationes ab extrinsecq; proue-
nien-

nientes, præfertim vehementes, & crebræ, deinde etiam ministeria Societatis, ut concionari, audire confessiones, habere scholam; donecque omnes actiones, quas aliquis compone-re, & ordinare velit, ut comedere, dormire, studere, agere cum externis, vel cum nostris, & alia.

Quare hoc primum curari debet in eo, qui facit exercitia, ut quam maximam sui ipsius acquirat cognitionem, percurrendo tempus ante actum, & occupationes, vel officia, & in ijs perpendendo tum multitudinem defensionum, suorum, tum etiam gravitatem, ratione status, & obligationis, tum deniq. etiam consideran-do causas, & origines, & radices eorum vitio-rum. Ad quam etiam reformationem valde vtile est, vt in fine prima hebdomadæ fiat confessio generalis de toto tempore religionis, non quidem semper quoties exercitia repetun-tur, sed cum aliquis peculiariter motus à Deo vellet instituere nouam vitam, seq. perfectius reformare. Hoc enim usu compertum est ma-gnopere multis profuisse, & valde iuuisse ad co-gnitionem sui, & emendationem. Quod si vi-derit Instructör eum qui exercetur, hac ratio-ne iuandum ad eum finem consequendum, qui intenditur, poterit etiam aliquas medita-tiones statui cuiusque vel necessitati præsentí accommodatas addere, ut de beneficio voca-tionis, de tribus votis, de causis cur vota reno-vantur, & de ipsa formula votorum posteriorum

de divinitis beneficijs , de periculo tepiditatis ; & huiusmodi . Interdum etiam ex Summariorum constitutionum præsertim ex præcipuis regulis , quibus religiosa fere perfectio continetur ; ut 11. & 17. & similes ; & in vniuersum eæ sint materiae , quæ ad timorem , & amorem Dei , ad sui ipsius odium , virtutis studium , rerum visibilium contemptum , æternarum desiderium , atque charitatis ardorem augendū pertinent . Ad faciliorem etiam introductionem eorum , quibus vel non est facultas , vel non vacat perficere ituenire , poterit via aperiri ad mysteria vita , & passionis Domini , si nonnullæ veritates Theologicæ proponantur . v. g. cum de Incarnatione agitur , si causa eius , & fructus explicentur ; aut cum de passione , si causa acerbitas eius : si etiam insinuentur modi eā mediandi , v. g. ad compatiendum , ad imitandum , ad admirationem , & sic de alijs .

Postremo qui sunt iam prouectiores in rebus spiritualibus , & meditando magis exercitati , de quibus par . 6. c . 3. s . 1. ijs si interdum ad spiritum colligendum , & feruorem hauriendum se recipiunt , vel ad aliquod opus aggrediendum , ut missionem , aut aliquid eiusmodi , cum nec eadem sit omnium dispositio , nec una mensura , non videtur quicquam præscribendum circa materiam , sed possunt ea meditari , quæ sibi utilia putauerint ad eum finem consequendum , quem intendunt . Credendum est enim quod ex uotitia quam ex exercitiis Patris

Patris N. Ignatij antea iam habebant, & ex vna
 & tione spiritus adiuti, inoffenso pede, immo
 magna cum vtilitate per hanc viam current.
 Quod attinet ad electionem status, ea non est
 nostris danda in exercitijs. De electione au-
 tem negocij, aut actionis alicuius consultare
 non est proprium exercitiorum; sed potest fieri
 etiam extra exercitia omni tempore, & oca-
 sione, & ideo in hac etiam diligenter in-
 struendi sunt nostri, vt sciant bene vni regulis
 eligendi ad indagandam Dei voluntatem, &
 beneplacitum, vt cum Superiores debent sta-
 tuere de re aliqua dubia, maxime si non pos-
 sint cum suis consultare, vt dicitur 16. reg.
 Provincialis, & deniq. in rebus omnibus, quas
 coram Deo constituere, ac definire oporteat,
 semper admodum iuuat illa praxis, que in eli-
 gendo praescribitur, de qua infra prolixius age-
 mus, & inde peti poterunt, que nostros iuuare
 possint ad intelligendam Dei volunta-
 tem in omni eiusmodi re, iuxta cuiusq. rel
 qualitatem.

De prima hebdoma in vniuersitate.

Cap. VII.

OMnia haec exercitia à Patre N. Ignatio in
 quatuor hebdomadas distributa sunt,
 que quidem hebdomadae non tam numerodie-
 rum, quam materiz genere distinguuntur; &
 adeo non necesse est, ut sepius, vel ope-
 ritur.

circulus in singulis consumatur, sed sufficit ut illi affectus, vel fructus inueniantur, qui in una, quaq. exquiruntur. Prima continet considerationem peccatorum, ut eorum fœditatem cognoscamus, verèq. detestemur cum dolore, & satisfactione conuenienti. Secunda propinquit vitam Christi ad excitandum in nobis desiderium, ac studium eam imitandi, quam imitationem, ut melius perficiamus, proponitur. etiam modus eligendi vel vita statum, qui sic maxime ex voluntate Dei, vel si iam eligi non possit, dantur quædam monita, ad eum in quo quisq. sit, reformatum. Tertia continet passionem Christi, qua miseratio, dolor, confusio generatur, & illud imitationis desiderium una cum Dei amore vehementius inflammatur. Quarta demum est de Resurrectione Christi, eiusq. gloriōsis apparitionibus, & de beneficijs diuinis, & similibus, quæ pertinent ad Dei amorem in nobis excitandum. Igitur in hac prima hebdomada proponuntur media, quæ ad animam purgandam per contritionem, & confessionem pertinent, & ad veram pœnitentiam in nobis gignendam iungare possunt. Quare huc omnia dirigere debet, qui facit exercitia, vt peccati malitiam, suamq. abiectionem, & vilitatem agnoscat, eamq. ex animo intime fentiat. Quam ob causam expeditat, vt hoc tempore si sacerdos sit, ex hoc spiritali humiliatis abstineat a quotidiana celebrazione, nisi deuotio, aut profectus spiritalis,

tualis, aut aliqua obligatio ad id impellat, ut postea generali confessione peracta, maiori cum præparatione, fiducia ac reuerentia ad sacrificium altaris redeat.

Notandum etiam hanc primam hebdomadæ esse fundatum, ac basim ceterarum, & ideo nunquam prætermitti debere. Vnde etiam si quis alia exercitia huius hebdomadæ, aut etiam omnia integra fecisset, & dehinc ea repetere vellet, tamen hinc incipendum esset, quamvis brevius expediti posset.

Igitur postquam aliquis in eum locum venierit, ubi exercitijs vacaturus est, ea ipsa nocte debet Instructor ad eum adire, & prinsq[ue] traxit fundatum, debet ei explicare alij quas ex annotationibus, nempe primam, & quintam, & ex decima septima illam annotationem de animo aperiendo, item ex viginti id quod dicitur de utilitate secessus in loco separato. Quod etiam opportunitatem ei dabit, ut moneat exercitantem de ijs, que supra cap. 2. diximus eum esse monendum, cum etiam tamen dexteritate, quam ibi diximus, nempe ut non omnia simul, sed quantum prudentia dictabit.

Annotatio autem illa ante fundatum, que incipit, In primis, expediet magis hoc tempore, ut non proponatur ita in genere, quando quis incipit exercitia, sed in diversis exercitorum, si quid dubium, vel obscurum occurrat, aut ob aliquam exercitatio-

40 DIREC^T. EXER. SPIR.
diffidentiam, videatur opportum, tuac ei
explicari poterit.

De Fundamento. Cap. VIII.

Primus ingressus in hāc primā hebdomādā fit per cōsiderationem vltimi finis, quæ consideratio ideo dicitur Fundamētū, quia est basis totius ædificij moralis, & spiritualis. Potest autem diuidi in t̄res partes, primo in finem propter quem homo creatus est. secundo in media ad consequendum hunc finem. tertio in difficultatem eligendi hoc, vel illud mediū, cum ignoremus quid magis aptū sit ad huius finis consecutionem, omnis autem error in hac parte non possit esse non damnosus, & periculosus. Ex quo nascetur etiam quartum, vt homo ponat se in illa omnimoda indifferentia, & æquilibrio. Hāc autem indifferentia est maximi momenti, & admonendus est exercitans, quanto altius hoc fundamentum iecerit, tanto firmius futurum ædificium; idq. etiam indicauit Pater N. Ignatiū annot. decimaquinta, & decimasexta ex viginti.

In danda hac meditatione maxime, quia nonnullis cum nondum assuererint orationi videri potest aridior, addi poterunt aliquę excursions ad meditandum, vt in eo quod dicitur creatum esse hominem, potest simul cogitari à Deo esse creatū de nihilo, & simul quot, & quanta in creatione habuerit, & præterea quomodo semper ab illo in esse consuetur.

sed

Sed horum consideratio non tam dirigēda est ad gratitudinem, ut sit cum considerantur beneficia Dei, verum ad scopum huius fundamēti, nempē, quod illa omnia à Deo data sunt, ut perueniremus ad illum ultimum finem. Unde etiam potest homo in hac meditatione reflectere cogitationem ad seipsum, quomodo hactenus habuerit se ad suem, & ad media, quantum aberrauerit, quod creaturis abusus sit, quæ illi adiumento esse debuerunt, ut iam quasi in generali iaciat fundamēta ad cognoscendam deformitatem vitæ suæ, quod postea vberius, & magis particulariter faciet in meditatione peccatorum.

In meditatione huius fundamēti liber exercitorum non præscribit certas horas, ut sit in exercitijs sequentibus, sed ut facili initio inchoemus, unusquisq. pro viribus, & pro devotione sua ad id tempus sibi assumat; vel si opus sit, Instructor ei præscribat,

Debet autem curare ut cognitio huius veritatis, quæ in fundamento tractatur, quam maxime menti insigatur, quoniam ut fundatum fabricè totam ipsam sustinet, ita hec veritas influit in omnia exercitia, & præser-tim in ipsam electionem status, quæ tota sere hinc pendet, & ideo quo melius hæc meditatio successerit, eo etiam melius reliqua succedunt.

De du-

De duplice examine. Cap. IX.

DV M durat meditatio fundamenti debet Instructor exercitantem aliquories visitare, & semper ei aliquid noui in scriptis afferre, quia sic videtur quodammodo louari tedium, & melius etiam percipi quæ singula proponuntur. Igitur in primo congressu post datum fundamentum datur examen particolare, in quo tradendo significandum est ei, in quo quis homine vnum, aut alterum vitium sive peccatum esse solere præcipuum, & quod in eo sit quasi causa, & radix atiorum. Et licet in aliquo plura essent præcipua, expedire tamen, vt vnum deligatur ad quod extirpandum toti incumbamus, vt eo superato ad aliud, & aliud deinceps peculiarem hanc conatum, & studiu transferamus. Huie igitur rei seruit examen particulare, cuius vñs est post peracta exercitia esse debet toto vñtate tempore, nñc tamen inchoatur, tñ vt aliquae eius peritia acquiratur, tum etiam quia hoc examine vñi oportet circa exercitia, & eorum additiones. Est autem multum commendandus huius examinis vñs propter magnam eius utilitatem, præsertim ad consequendam animi puritatem, vt docet Cassianus Colla. 4 & 5. Bernardus saep. Itaq. in fine exercitorum cum discedenti, dantur præcepta vñtæ bene instituendæ, hoc in primis inculcandum est. Additiones autem illæ quantu-

tuor dictandæ ne sint, an verbo tantum explicandæ prudentiæ Instructoris relinquatur. Deinde eadem die, & sequenti datur examen generale, & quotidianum. Non autem datur per modum meditationis, sed instructionis cuiusdam, & ut homo incipiat aperire oculos ad cognoscenda peccata vita præterita. Quod vero attinet ad examen generale non est dubium, quin alia etiam multæ sint peccatorum species, quæ hic non ponuntur, sed vel hic ea tantum peccata attinguntur, quæ frequentius accidunt, reliqua autem peti possunt ab alijs auctoribus, qui ex professo de hoc agunt, vel hoc examen pro ijs tam conscriptu est, qui iam paulo magis spirituales sunt, & ab alijs gravioribus peccatis abstinent, in hęc aut frequentius incidere solent. Itaque non fuit mens P. N. Ignatij tam breui tractatione omnia peccata comprehendere, sed tantum, ut dictum est, pios animos admonere de ijs quæ frequentiora sunt.

Borro examen quotidianum, quod quinque puncta complectitur, dictetur prout iacet. Ad illud autem faciendum iuuat illa lux, quam praebet examen generale per illam distinctionem peccatorum, quæ fiunt, cogitatione, locutione, & opere.

De exercitijs primæ hebdomadæ. Cap. X.

Circa ordinem tradendi exercitia sequendus est is qui ponitur in ipso libro exercitio-

44 DIRECT. EXER. SPIR.

citiorum , népē vt prima hora fiat exercitium trium potētiarum , secunda autē peccatorum : tertia vero & quarta repetitiones vtriusque , si autem addatur etiam quinta hora , fiat de inferno . Sīn fiant tantū quattuor horæ , hoc exercitium de inferno differendum erit in diem sequentem , quo eodem die possunt dari etiam alia exercitia de morte , de iudicio , cum suis repetitionibus . Tertio die proponenda erit ea- dem materia , sed cum aliquibus nouis pūctis , vt in materia peccati , proponendo effectus quos facit in animo , aut aliquid eiusmodi , sic enim tollitur tedium , & materiæ profundius penetrantur .

Porro primum exercitium illud est , quod appellatur trium potentiarum , non quia in alijs etiam non exerceantur hæ tres potentia ; sed voluit P. N. Ignatius in hoc quasi aditu , & principio omnium exercitorum , viam monstrarre , quæ in meditando tenenda est , nempe , vt per memoriam adiuuaretur ratio ad discurrendum , siue ratiocinandum ; per discursum autem excitaretur volūtas , & affectus , idq. actuarie voluit in materia peccati , quæ prima occurrebat ad meditandum . Itaq. in hoc primo exercitio sunt sigillatim explicanda exercitanti omnia , quæ in sequentibus exercitijs futura sunt usq; , quis scilicet modus seruandus , vt cū attentione , & sine capitib; lāsione perseverari possit , & quomodo se animus colligere , collectumq. tenere debeat , & quod licet adhiben-
dus

dus sit intellectus ad cogitādum, maior tamen habenda est cura affectus, & interioris gustus, quam vt multi cōceptus quantumuis pulchri, & acuti formentur, & alia eiusmodi.

Hic etiam declaranda sunt præludia, quorum usus præscribitur in omnibus exercitijs, & in primis quid sit compositio loci, quæ nihil aliud est, quam fingere sibi, & quasi videre oculis imaginationis locum illum, in quo res, quæ meditamur, gesta est, vt stabulum in quo Christus natus est, aut cœnaculum grande stratum, in quo Apostolorum pedes lauit, aut montem in quo passus est. Hac enim loci compositione valde iuuamur ad attētionem, & motionē animarū, quę hoc modo quasi alligata phantasia rei illi certę alligatur ipsa quoque quodammodo ne euagetur, aut si quando diuertat, habet ad manum, quo se facile colligat, & reuocet in sūrum illum suum, in quo se ab initio composuit. Vnde S. Bonauētura in Proœmio de vita Christi. Tu inquit si fructum ex his sumere cupis, ita te præsentem exhibeas ijs, quæ per D.N.Iesum Christum dicta, & facta narrantur, ac si tuis oculis ea videres, & tuis auribus audires toto mentis affectu diligenter, delectabiliter, & morose omnibus alijs curis, & solitudinibus tuis omissis. Atque hoc quidem locum habet in meditatione rerum corporearum: nam in rebus incorporeis, vt est peccatum, & similia, alia quædam est instituenda compositio loci, de qua dicitur satis clare in lib. exercitiorū

in

46 DIREC^T. EXER. SPIR.
in exercitio trium potentiarum.

Denique in hac loci representatione vitandum est diligenter, ne nimis in ea fabricanda immoremur, vel nimiam vim capiti faciamus, quia non consistit in ea fructus præcipuus meditationis, sed est tantum via, & instrumentum ad ipsum fructum. Nec est dubium, quin aliqui maiorem in hac re habeant facilitatem, in quibus videlicet acrior est vis potentiae imaginariæ. Alij vero quibus hoc difficilius est, non ita laborare debent, ut caput obtundant, quo ipsam meditationem impeditrent.

In secundo exercitio, in primo puncto monendum est exercitans, ne descendat ad examinanda peccata sigillatim, ut fieri solet, cū quis se ad confessionem parat, hoc enim postea facturus est extra meditationem: sed hoc tempore in genere tatum proponat sibi sua peccata, eorumq. multitudinem, & magnitudinem, ut concipiat confusionem, & dolorem. Ad hoc autem confert percurrere loca, negotia, & personas, ut hic dicitur. Tertium & quartum exercitium constat ex repetitione primi & secundi. Harum autem repetitionum usus est valde utilis. Sæpe enim fit, ut cum eiusmodi materia primum cogitantur, intellectus passatur illa rerum nouitate, ac curiositate quadam, postea vero cum speculationem moderamur, magis aperitur via internis affectibus, in quibus potissimum consistit fructus. Quare in his repetitionibus vitandi sunt longi discursus,

fus, sed tantum proponere sibi oportet, & quasi percurrere, quæ prius meditati sumus, & in ijs immorandum voluntate, & affectu, & hæc etiā est causa, cur plura hic colloquia sint, quam in prioribus exercitijs. Quod autē dicitur in lib. exerc. in III. exer. primę hebd. repetitionē hæc faciendā de ijs, in quibus antea maiorem consolationem, aut desolationem senserimus, ita intelligendum est, vt præcipue repeti debeant ea, quæ humen, aut feroarem attulerunt, sed etiam expedit illa puncta repeterere, in quibus ariditatem sensimus, quia sape contingit, vt deinde in ipsis maiorem cōsolationis copiam sentiamus. Immo etiam bis repeti potest idem si magna sentitur, consolatio, aut aliis bonus, & spiritualis affectus, & hæc potissimum in p̄ma hebdomada.

Præter quinq. hæc exercitia. P. N. Ignatij possunt addi alia, vt in fine quinti exercitij dicitur, vt de alijs peccati poenis, de morte, de iudicio, vel de alijs cruciatis Inferni, & quidem hæc rarissime omittenda videntur, quia multum habent momenti, vt auocetur animus ab inordinato amore rerum harum visibiliū, & in his meditationibns concipit anima timorem sanctum Domini, vt pariat spiritum salutis.

In fine cuiuslibet exercitij semper fieri debet colloquium, vt in libro exercitiorum præscribitur, nec tamen prohibetur, quin iuxta cujusque devotionem etiam in principio, & in medio

medio alia colloquia, & petitiones fieri possint, immo etiam aliquando expedit. Proprius tamen locus est in fine, cum anima ex meditatione magis eleuatam se sentit. Illatenim sunt aptissima colloquia, quæ formantur ex affectu interiori varia, ut ipse affectus varius est. Interdum enim homo agit cum Deo, ut filius cū patre, interdū ut seruus cum Domino, modo ut amicus cum amico, modo etiam ut reus cū Iudice, aliquando etiam petens aliquod donum, aliquādo gratias agens de beneficijs acceptis, alias accusando se ipsum, alias communicando cum eo familiariter. In quo notandum quod dicitur in tertia annotatione ex vi ganti, hæc colloquia, quando fiunt cum Deo, aut cum sanctis requirere maiorem reverentiam, quam ipsas meditationes, & speculations. In particulari vero colloquium secundum ad Christum ut impetrat à Patre, explicandum erit rudioribus, hoc intelligi, non ut est Deus, sed ut homo mediator, & aduocatus, ut interpellat pro nobis,

Additiones quæ in libro exercitiorum possuntur in fine prius hebdomadæ, dandæ sunt pridie quam incipiatur exercitia, nempe meditatione, quæ dicitur trium potentiarum, & reliqua, quia in ijs agitur de multis, quæ adiuuat meditationem. Decima tamen additione posset differri in sequentem diem, quia non est adeo necessarium, ut detur illo die. Deinde sequentibus diebus dandæ sunt reliquæ additiones, & re-

& regula de discernendis spiritibus, quæ conueniunt primæ hebdomadae, & quæ conuenient videbuntur exercitanti, quas tamē non erit semper necesse scripto dare, sed id Instrutoris iudicio permittitur.

Hæ additiones curandum est, ut exakte serventur, quia ex ipsa valde pendet fructus spiritualis exercitiorum, quāquam ex altera parte cœteri etiam debet omnis excessus, & habenda est ratio personarum, & complexionum, ut si qui essent natura melancholici, non debent nimium coarctari, immo potius dilatandus est eis animus, & idem de personis imbecillioris valetudinis, & insuetis ad hos labores, & ideo opus est prudētia, & discreione experientia enim ostendit quibusdam profuisse quod eis concederetur aliqua laxitas in his regulis seruandis, alijs autem profuse seueritas, & rigor, semper tamen mixtus suavitate.

De Confessione generali Cap. IX L

Sic exercitans versetur in prienis quinque exercitijs, sine alia adiungantur, cum iam id satis consecutus videbitur, quod in hac hebdomada sit finis proponitur, nimirum cognitionem intimam peccatorum, & veram contritionem, & ad id serio conatus, & diuinę gratię cooperatus, tam per exercitia, quam per additiones iudicabitur, moneri debet, ut se ad generalem confessionem disponat, & nisi in-

D stru-

stratorum nimium fatigatus videatur, poterit
ad huc pergere in meditando per unam, aut ali-
veram horam aliquid quod ad compunctionem
peccatorum faciat, vel si id magis expedire
iudicetur, aliquid legendo atque sumiendo.
Ut autem hoc diligenter, & accuratius fa-
ciat, indicandum est ei quanta sunt utilitates
huius confessionis generalis, de quibus utrius-
cum agitur in ipso libro Exercitorum post
examen generale. Quod si antea his esset, hoc
eerte fatis esse deberet, quod experimantur homi-
nes plorunque, aut uno examine sufficien-
ti, aut sine debito dolore, nullo et valde infir-
mo metioris vita proposito ad confessionem
scedere, ac propterea ad consequendam pa-
cem conscientiae, & ad tollendos scrupulos,
qui si non ante, sed etiam in puncto mortis ante-
mam excruciant, malum prodib, semel se
ab omnibus anteactis vita peccatis abluere.
Quamquam ob causam, et si causandum est a
nimia anxietate in facienda hac confessio-
ne, ita ne semper deinde manus scripuli, &
nullius, ut quibusdam contingit, tamen ex al-
tera parte studendum & coaadundum est, ut ita
diligenter, atque accurate sit, ut postea secu-
rare possit anima, se fuisse quod in se erat
nam sine hoc numquam frui poterit illa pace
et ipsi, & tranquillitate conscientiae quam di-
xitimus. Ideo prater proprium studium, & di-
ligentiam exercitancis invanidus est etiam ali-

qua

S I C A P V T X I B C 33
qua via, & methodo, ne tempe directorio aliquo
ad bene confitendum, cuiusmodi iam multa
extant bona, & apta, si opus fuerit, & pro cu-
jusque indigentia.

Aliquando etiam, praesertim insignioribus
hominibus, proderit dare legendam Summam
Nauarri, ubi agit de statibus, ut attente con-
siderent, quæ ad suum statum pertinent. Sic en-
niam melius videbunt in quibus defecerint, quoq;
si nostri per se proponerent, fortasse non can-
tam ijs fidem habent, & possint putare eos
esse nimios in vrgendis conscientijs.

Hanc generalem confessionem, ut plurimum
magis expediri non fieri ci, qui tradit exercit-
tia; si tamen exercitans ei confiteri mallet pro
sua deuotione, vel sacerdotum penuria, aut
alii cause ita exigent, nihil impedit quin
etiam ipsi fieri posset.

De fine prime hebdomadæ. Cap. XII.

Quoniam, ut supra dictum est, exercitie-
rum hebdomadæ non diorum spatio de-
finiuntur, sed ex effectu, qui in eis prætenditur,
ideo huius prime hebdomadæ tempus vel con-
trahi, vel prorogari poterit, prout citius, vel
tardius quisque contritionem, deuotionem,
vel meditandi modum assecurus fuerit. Adij
enim celerius, alij seriuseo peruenient. Illud
tamen notandum, eos homines, qui multo pre-
ficiuntur via spiritus, & qui jam ab aliquo tem-

D o p o.

33 DIRECT. EXER. SPIR.

pore Sacramēta frequentant, aut qui multum
eupiht statuere de modo vita suæ, in quo ma-
gis Deo domino seruire possint, non esse diu
detinendos in hac prima hebdomada. Immo si
sibi possit quatuor, aut quinque diebus absolu-
tare eam debent. Contra vero faciendum in
ijs, qui nō ita dispositi sunt, hi enim ut peccata
sua defleant, & ut peccati turpitudinē, ac feedi-
tatem agnoscāt, debet diuinus in his exerceri;

Qui absolutis exercitijs primæ hebdomadæ
ad reliqua progressurus est, postquam genera-
liter confessus fuerit, & communionem sumps-
tit, saltem possum diem vacare debet ab il-
lo labore eam intensō meditandi. Interim tas-
men posset in metà versare parabolā illam filij
prodigi, applicando eam ad seipsum, aut ali-
quid eiusmodi. Porro ad communionem est ita
etiam disponendus, ut ad eam accedat cum re-
uerentia, & fide, & gustu, & ob eam causam dan-
da est ei aliqua meditatio ad hoc apta.

*De secundi hebdomada, & primo de fine qui in ea
præcedens. Cap. XIII.*

Finis, & scopus, qui exercitijs omnibus pri-
ma hebdomadæ præfixus est, hic præcipue
est cognoscere quod errauimus ab ea via, quia
nos ducere debebat ad ultimū illum finē, cuius
causa creari sumus, & consequenter dolere de
tali, & tanto errore, & concipere intensum des-
iderium redendi in illam viam, & in ea semper
perse-

perfenerandi. In hac autē secunda hebdomada
sumis est, proponere sibi Christū dominū, ac Sal-
tiatorē nostrum, ut verā viam, iuxta illud, quod
Ipse dixit. Ego sum via, veritas, & vita, & Nemo
venit ad Patrem nisi per me. Ipse enim est exem-
plar à Patre hominibus propositum, cuius imi-
tatione emédemus, & componamus mores no-
stros corruptos, & dirigamus pedes nostros in
viā pacis. Quare cum Christi vita sit perfe-
ctissima, & ipsa idea virtutis, & sanctitatis, se-
quitur, ut quo vita nostra proprius ad eam imi-
tatione accesserit, ipsa quoque perfectior sit;
immo & proprius accedat ad ultimum finem
suum, ideoq. eo etiam facilior sit. Propter
hanc causam hæc secunda hebdomada respon-
det via illuminatiæ, quia Christus est sol iu-
stitiæ, qui illuminat omnem hominem venien-
tem in hunc mundum, & ad hoc venit, ut illu-
minaret sedentes in tenebris, & umbra mor-
tis, & quoniam peccata, & prauxæ affectiones
obtenebrant animam, eamq. impediunt, & re-
stahunt à Christi imitatione, ideo hæc prius
eradicanda ex corde erant primis illis exer-
citijs, & meditationibus.

Dispositio quam P. N. Ignatius requirebat
in ijs, qui facturi essent exercitia huius hebdo-
madae, est, ut ostendant feruorem, ac desiderium
progrediendi ulterius ad deliberandum de sta-
tu vita. Quare qui hoc nollet, vel tepide vellat,
etiam si cuperet progredi in meditationibus,
melius esset cum difficeret in una, aut alterna

D 3 men-

mensem. Hoc enim negotium eiusmodi est, ut nisi cum fervore spiritus suscipiat, non possit habere bona successum. requirit enim magnum, & fortis, & constantem animum, qui ex augmento devotionis proueniat. Verum est quod si quis esset, a quo nihil magnus sperari posset, quia non esset admodum capax, vel impeditus esset statu matrimonij, posset pro eius captu, aliquid addi de sequentibus hebdomadis, ut dirigatur in statu, in quo est ad bene viuendum in eo. Ceteros autem melius est relinquere cum fame, ut sciant adhuc sibi restare aliquid quod faciat. Contingit enim sape ut hac dilatatione experientia ipsa aperitus eis deregat suas necessitates, & infirmitates; quod facit, ut deinde ardenteres, & magis dispositi redeant.

De exercitijs secunda hebdomada.

Cap. XLII.

Primum exercitium in hac secunda hebdomada, est de Regno Christi, quod tamen non computatur inter modications, quia prima est de incarnatione Domini. Est igitur quasi fundamētum quoddam, aut procēdium totius huius tractatus, & summa, ac compendium virtutum & operum Christi Domini in eo negotio, quod ei commiserat Pater, de quo Esaías Opus illius coram eo; & ipse Dominus Opus quod dedit mihi, ut facorem. Et statim addit,

missit, quid nam id esset, Clarificauit super terram, manifestauit nomen tuum hominibus. Vocat autem omnes homines in societatem tuam, & tam gloriiosi operis, ut unquamq. iuxta suum gradum. Ex quo iam incipit apparatio diversitas graduum in imitatione Christi. Dispositio autem quæ requiritur in anima eius, qui facit exercitia, hec est, ut quantum est ex sua parte tēdat in id quod perfectius est, si Dominus dederit gratiam, & vires. Unde aperte colligitur ex hoc iam loco animam incipere preparari, & disponi ad electionem status, quæ postea suo loco expressius proponetur. Sic enim mirabiliter quedam artificio Spiritus sancti hic anima excitatur ad perfectionem, ut deinde per hanc eandem perfectionem eliciat, & indagetur in omnibus sequentibus meditationibus, Incarnationis, Nativitatis, & aliarum, & ita perfectionis scutina, quæ hic sparguntur, per illas deinde meditationes latenter crescent, & promoueantur, donec in tempore electionis suum fructū ferant. Atque hoc bene notandum est Instructori pro sua directione, non quod de hoc monere debeat exercitatem, sed potius sinat res ipsas per se in eius anima operari, & imq. suam exercere. Neque hoc tamē impedit, quin hac meditatio, sicut etiā quæ deinde sequetur de duobus vexillis, tradi possit etiā ijs qui non sunt facturi electionem, quoniam etiam hi ea iuuari possunt: siquidem in genere tantum agunt de ijs, quæ ad maiorem Dei

D 4 glo-

gloriam ab unoquoque fieri possunt in Deo obsequio pro cuiusque capacitate.

In haec secunda hebdomada notandum est, addi hic vnum præludium. Nam cum in prima hebdomada, primum præludium sit consti-tutio loci, hic ante constitutionem loci ponitur quadam representatio historiaz, seu myste-rij quod meditandum occurrit. Hoc autem non ita intelligendum est, ut tunc immorari debeamus in meditando illo mysterio. Sic or-nim nihil differret præludium à meditatione, sed ita est accipiendum, ut in primo illo præ-ludio proponatur historia generatim, & qua-si tota ea communis, ut sciarur materia, de qua tunc cogitandum est, & anima incipiat in ca-actuari, & ad eam eleuari, deinde vero in ip-sa meditatione incipiat in singulis eius par-tibus immorari, easq. ponderare, & penetra-re. Ut cum quis coniectit oculos in tabulam ali-quam pictam, in qua sit varietas rerum pictarum, prius unico intuitu omnia confuse cer-nit, & scit quid in ea tabula contineatur, po-stea vero figit oculos in singulis particula-ribus rebus, quæ ibi pictæ sunt, easq. sigillata melius, & accuratius perpendit.

Quod autem attinet ad puncta harum me-ditationum, sumenda erunt in fine libelli exer-citorum, vbi mysteria vita Christi ordine posita sunt distincta fere singula tribus pun-tis, et si simplicioribus, qui ea non legerint, aut legere nō possint in Euāgelijs explicati tradi-

teradi oportebit addita breui declaracione; vt
dicitur secunda Annotatione ex viginti. Vnde
quod in meditatione Incarnationis, & Natiuitatis
etiam dicitur de contemplacis personis,
& earu verbis, & operibus, intelligi debet, refe-
rendo ad illam, quam diximus distributionem
que in fine libri ponitur, nempe cogitando hec
in singulis punctis, vt occurrunt ordine suo, no
autem quod necessarium sit omnes prius perso-
nas totius mysterij, deinde orationia verba eius-
dem, ac demum opera separatim meditari;
hoc enim præsertim in quibusdam meditationib-
us pareret confusionem. Quare hoc ratum
voluit P. Ignatius regulam dare in singulis pu-
ctis, quo meditantis intentio ferri debeat, pfr-
mum quidem in ipsas personas, quæ in illo pun-
cto occurrant, tum ad verba, si prius verba, vel
ad facta, si prius occurrant facta. Et ita abso-
luto punto transeat ad aliud, eundem or-
dinem in eo seruando. Cæterum et si hic tan-
tum mentio fit de his tribus, non tamen pro-
hibetur, quin vt. dicitur in tertio Notabili
quartæ hebdomadæ, possint etiam addi alia
puncta, vt v. g. cogitationes, & affectus perso-
narum interiores, tum etiam virtutes, & præte-
rea modus, & finis mysteriorum, quæ occur-
runt, causa item, & effectus, tempus, & reliqua
circumstantiae, vt fœcundior sit meditatio, &
maiore eius fructus.

Exercitium quintum, quod est applicatio
sensuum, est facile valde, & utile, imaginando
nos

DIREC^{T.}. EXER. SPIR.

nos videre, & audire verba, aut strepitus si qui
sit, vel tangere, aut osculari, siue loca, siue per-
sonas, quod tamen fieri debet cum omni rever-
tentia & modestia, ac timore. Olfactum P. N.
Ignatius refert ad odorandam fragrantiam ani-
mæ ex donis Dei, & gustu ad gustandum eius dul-
cedinem, quod vtrumq. significat presentiam quan-
dam rei, vel personarum, quas meditamus eū
gusto & amore earum tenero. Quod autem hic
dicitur facta meditatione Incarnationis & Na-
turalitatis, faciédam deinde separatum hanc ap-
plicationem sensuum, intelligendum est idem
deinceps fieri debere in reliquis meditationi-
bus vita Christi, & si non magnopere refert,
vt fiat semper in meditatione separata sed po-
test etiam fieri in eadem meditatione, diversa
tamen tempore, & hoc præsertim in quibusdā
exercitijs, in quibus nō adeo locum habet, hzc
applicatio sensuum, vt vnam horam ocsupet.
Differt autem applicatio ista sensuum à medi-
tatione, quoniam meditatio est magis intelle-
quális, & magis versatatur in ratiocinatione,
& omnino est altior. discurrit enim per cau-
sus illorum mysteriorum, & effecta, & in eis in-
vestigat attributa Dei, vt bonitatem, sapien-
tiam, charitatē, & reliqua. At vero applicatio
non discurrit, sed tantum inheret in illis sensi-
bilibus, vt in aspectu, & auditu, & reliquis eius-
modi, quibus fruitur, & delectatur cum profe-
ctu spirituali. Est autem eius duplex utilitas,
interdum enim cum anima non potest profun-
diora

diore speculari, dum in his immoratur passa-
tim disponitur, & eleuatur ad illa altiora. In-
terdum autem contra, anima iam impingua-
ea, & fessuens deuotione ex cognitione illo-
rum mysteriorum altiorum, descendens dein-
de ad haec sensibilia, in omniibus inuenit pa-
tium, & consolationem, & fructum ex abundan-
tia amoris, qui facit ut minima quæque ac vel
ipsi nutus magnifiant, & materiam amoris, &
consolationis præbeant. In mysterijs Christi
traxiendis debet Instructor ea desumere ex ip-
so libro excitiorum, in fine, vbi, ut dictu est,
descripta sunt cum suis punctis. Quare qui ma-
gis versati sunt in meditando, ijs satis erit di-
ctare, veldare in scriptis puncta, vt ibi haben-
tur, admonendo, vt semper eandem formam
teneant, quam prima die. Cum alijs autem mi-
nus versatis oportebit ad particularia magis
descendere, accommodando præludia ad ma-
teriam, & introducendo eos, vt sciant sibi pro-
ponere personas cum suis circumstantijs, cum
earum verba & facta &c.

Si qui se exercet, fatigatus videatur, immo-
etiam si non adeo fatigatus sit, tamen vt me-
lius durare possit, expedit, vt detur illi aliqua
relaxatio in horis meditandi, & tunc omitti
poterit meditatio, quæ fit media nocte, & reti-
neri alia quattuor horæ.

Potest etiam in hac hebdomada, & sequen-
tibus post absolutas meditationes reliquo tem-
pore legi aliquis liber, sed eiusmodi, qui pieta-
tem

60 DIRECT. EXER. SPIR.

tempotiusnutriat , quam intellectum notitiae
tibus exerceat, vt sūt aliqua ex operib⁹ S.Ber-
nardi , vel Gerson de imitatione Christi , vel
Granata . Si vero liber hic contineret aliquem
tractatū de Christi mysterijs , non expediret , vt
ea legerentur , de quibus postea facienda sunt
meditationes , sed de quibus iam factæ sunt , vñ
quæ eo die sunt facienda .

Quod attinet ad visitandum cum , qui exer-
ceretur , semel saltem esset visitandus in die , excep-
to tempore electionis , quo tempore solent insi-
cidere frequentiores desolations & perplexi-
ties , quæ trebriorem visitationem requiriunt .

De electione. Cap. XV.

IN omnibus exercitijs nullus est difficilior
locus , aut qui maiorem dexteritatem , &
discretionem spiritualem requirat , quam elec-
tionis , quoniam hoc tempus expositam est in
versis motibus animi , & sepe etiam erroribus ;
cum homo non solum à malo vincatur , sed per-
runque etiam boni , & recti imagine fallatur .
In hac ergo materia illud ante omnia intelli-
gendum videtur , & ante oculostenendū , quan-
ti referat eligere statum vita . Nam si homo , ve-
rationalis , debet omnibus suis actionibus poe-
nere finem congruentem rationi , Christia-
nus autem debet omnia opera sua dirigere ad
finem supernaturalem : si hæc ergo in singulis
actibus fieri debent , quanto magis in capien-
do sta-

de statu, ex quo scilicet consequuntur fore omnia opera vita nostra, ita ut, si finis ipsius status sit viciosus, ea etiam quae ad finem consequuntur, oporteat esse viciosa. Deinde ut in corpore animantis plura sunt membra, neque omnia membra sunt oculus, aut omnia pedes, videt S. Paulus, ita in hoc corpore Ecclesia oportet esse varios gradus, & status. Huius autem diuisionis, & partitionis auctor est spiritus sanctus, ad quem pertinet singulis suum locum tribuere. Vnde Apostolus eodem loco: diaisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus, & diuisiones ministeriorum sunt, idem autem dominus, & divisiones operationum, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Ex quo constat, ut famuli a suo domino suo quisque operi, ac muneri destinantur, sic homines a Deo; ac proinde non debore hominem impedire in se ipso id, quod Deus in eo, & de eo agere vult, sed oportere ut ei fideliter seruiat in quacunq. re eius maiestas voluerit. Accedit etiam propria utilitas, et magna, quoniam pertinet ad salutem aeternam. Nam etsi Deus nemini negat auxiliū necessarium ad salutem, tamē non est dubium, quin ijs multo abundantius gratiam suam, & lumen atque opem communicet, qui non se in aliquem vita statum ex libito suo intruserant, sed eum elegerunt, quem premissa diligentia consideratione putarunt esse iuxta diuinum beneplacitum.

Denique si nos in tanta re nostro iudicio, ac placito

42 DIRECT. EXER. SPIR.

placito gubernare volimus, facile in mexitio
& maxime perniciosos errores incidemus : &
vero Dei voluntatem executi fuerimus , ille
vt Pater , & creator noster, nihil de nobis stan-
tuet , quod nobis utile , & salutare non sit , im-
mo vero etiam aptum , & accommodatum non
bis , quoniam ipse noscit figuramentum nostrum
Hoc igitur & alia in hanc sententiam non so-
lum Instructori utilia erant , vt in hac negotio
magnum studium adhibeat , sed multo magis
ei , qui facit exercitia , vt videat quo animo agit
grexi debeat rem adeo necessariam .

Igitur , vt in hoc tractando aliquis ordo ser-
uetur primo dicemus quales esse debent : qui
ad electionem admittuntur , secundo quales iij
qui eos dirigeat : tertio quae sunt res , de quibus
est electio : quarto quae in ea regula servandae
quinq[ue] quis sit ordo , & praxis electoribus fan-
cienda .

Girca priuum , apertum est non omnes esse
admittendos ad electionem status . Qui enim
iam tenet statum determinatum , vt coniuga-
ti , aut religiosi non debent de hoc agere , sed ta-
cum iuvare debent , vt in suo quisque statu ad
perfectione tendat pro mensura gratiae , quam
ei Dominus Dens concedat . Qui autem adhuc
statum non habens , non tamen omnibus indif-
ferenter dari debet electio , vt habetur in sepi-
ma parte Const . c . 4 . lit . F . vbi dicitur quod
non nisi paucis , ijsq . huiusmodi , vt ex eorum
prefectu non vulgaris ad Dei gloriam fructus
speretur .

sperritur. Igitur, qui vel incapaces essent huius perfectionis, aut quos constet habere passiones quasdam indomitas, aut malos habitus, qui videantur incorrigibiles, non essent admittendi, nisi tam certa signa essent pecularis eiusdem gratiae, ut haec omnia suppleret. Secundo prater naturam, & mores captos, requiriatur etiam, ut ille cui datur electio, eam ipse desideret, & petat. Et hoc omnino necessarium est, & nullo modo alioquin dari debet, multo autem minus ingeri & obtrudiri non cupienti. Nam praterquam quod qui sic affectus est, omnia que ei dicentur, cum suspicione accipiet, & ideo ijs iuuari non poterit, est etiam ea causa, quod in electione facienda multæ & magna incident difficultates, etiam cum voluntas bona, & seruens est, quare muleo erunt maiores, cum voluntas lanugine, & ideo nunquam eas superare poterit.

Tertio valde expedit, ut qui ingreditur electionem, studeat esse liber ab omni affectu inordinato, & plane ad omnia indifferens, ad hoc vero unum inclinatus, ut sanctum Dei beneplacitum sequatur, quodcunq. illud esse cognoverit. Quare si cernoretur eum nimis propendere ad dimitias, minus autem ad paupertatem, non esset bene dispositus, nec sperandus esset bonus vir in electione. Ille enim affectus auersus a via perfectiori, & ad imperfectionem conuersus intellectum traheret ad excogitandas rationes tali affectui consentaneas. Ac cum vedi-

44 DIRECT. EXER. SPIR.

dicitur, quicquid recipitur, recipiatur ad modum recipientis, facile fieret ut existimat illam esse Dei voluntatem, quæ est ipsius voluntas. Oportet igitur ut perueniat ad tertium gradum humilitatis, qui ponitur in libro exercitiorum, aut saltem ad secundum, cui compارando seruiunt meditationes de vexillis, & de tribus classibus & alijs, de quibus infra dicetur, & ideo esset in ijs meditationibus diutius retinendus, ut paulatim disponatur, ad hoc equilibrium animi, partim conando propria diligentia, partim id à Deo per eō seruentibus orationibus. Quod si ad hāc resignationem & indifferentiam non pervenerit, tota tractatio de modo eligendi relinquenda est, & tunc si ira expedit videbitur, procedendum in reliquis exercitijs faciendis, ut si fieri potest, per ea ad maiorem maturitatem perducatur, vel post breve tempus finis eis imponendus.

Quarto omnium optima est illa dispositio ut non modo non magis precepatur ad terrena retinenda, sed quoad fieri potest, voluntatem suā semper inflectore constur, ad id quod perficiens est. Nam licet re ipsa non id electurus sit, quia fortasse Deus non cura vocet ad talem statim, tamen nihil ei nos debet, immo plurimum prouedit, tale desiderijs, ac proinde in his exercitijs semper proponitur via perfectior, tamquam magis optanda, & à Deo petenda. In quo valde notanda est sententia quedam R. N. Ignatii, quæ inuenta est in quodam eius scripsi,

pto,

pto, vbi ita ait, debere Instructorem ita dispo-
nere eum, qui est in exercitijs, vt omnino re-
signatus sit, tam ad consilia sequenda, quam ad
præcepta, immo vero quantum in ipso est ma-
gis inclinatus sit ad consilia, si id maius Dei
obsequium fuerit: & addit majora utiq. signa
requiri ad statuendum quod ea sit Dei volun-
tate, ut quis in eo statu maneat, in quo satis sit
seruare præcepta, quam ut viarum consiliorum
ingrediarur, quia Dominus tam aperte ad
consilia exhortatus est, at vero in illo statu me-
gha ostendit esse pericula in aliis, singulis
Ultima est ea dispositio, quam idem P. Ignatius
eodem loco præcipit, nempe ut quidacit
electionem, colligat se totam inera fe, & tunc
tempore quo durat hac deliberatio, claudat
sensus, claudat animum omnibus alijs rebus,
nihilq. velit videre, aut audire quodcumq. de sur-
sum sit. Quibus verbis duo indicantur primū
vt anima non sinat se distrahi ad alias cogita-
tiones, sed hoc unum agat; Et huius xxi intenta-
ta sic a catenis omnibus negotijs, a se reiectis.
Alterum est, vt in hac deliberatione non ad-
mittat rationes, quæ non sunt ex celo, id est natu-
ras admittat, quæ sapient carnem, & sanguinem,
aut aliquid humanum, ac terrenum, quia
omnia manare debent ex uno illo principio,
quod est desiderium gloriae Dei, & e consequen-
ti eius voluntatem. hic enim est verus ille sum-
ptus ad ædificandam turrim, de qua est in
Evangelijs, & hoc magnam animæ fiduciam

E

affert,

affert; quod Deus non sinit eam decipi, quia cum cum in toto corde, & in veritate querat, nonquam se Deus ab ea auertet, cuius scilicet tanta est bonitas, & amor in suam creaturam, ut etiam occurat saepe non querentibus. Quod licet ita sit, & ea sit perfecta electio, ad quam filius Dei amor impellit, tamen si precipius quidem esset amor Dei, sed praeceps illum alia quid etiam accederet quod eodem inclinaret, modo non repugnans Dei legi, ac voluntati, ex sua natura bonum, utputa consolatio propria, & quies spiritualis, ratio valet dubius, aut aliquid eiusmodi, non propere a improbanda esset electio. Hoc tamen oportet semper minus esse precipua, & minus precipue mouere, & hoc ipsa ad Dei amorem referri.

Circa secundum officium eius, qui tradit exercitia in hoc particulari negocio, est cooperari motioni divinae, eamq. non praire, sed sequi, & ad hoc disponere animam eius qui facit exercitia, removendo impedimenta, nempe errores, dolos, affectiones, atque inclinationes inordinatas. Non debet eum movere vel ad unam, vel ad aliam partem ut dividatur in iij. annos. ex priorib. Et si enim ex natura sua licitum est, ac meritorum etiam horari ad perfectiora, ratione ut eiusmodi deliberationes solidius fiant, & sine vila humana perfruacione, multo melius est permittere, ut solus Deus cum sua Creatura tractet, nec aliquis ter-

certius intercedat: & hoc maxime in exercit
rijs, vbi se anima ad hoc ipsum disponit. Ra-
tio huius est, quia electio tantæ rei, vt est
status vitæ, non debet nisi persuasione, aut
inductione humana, sed sola Dei voluntate
alioqui motuendum esset illud, quod Do-
minus dixit, Omnis plantatio quam non
plantauit Pater meus cælestis eradicabitur.
Et cum in eiusmodi via per se ardua, & de-
inde Daemonum inuidie exposita sine dubio
secuturæ sicut multæ tentationes, ac difficulta-
tes, non potest ullum auxilium, ac subleuatio
expediri ab homine qui nos induxit, nisi le-
uemus oculos nostros in cœlum, & dicere pos-
simus Dominus solus Dux meus fuit, quoniam
aucta Apostolum sperandum est, cu[m] qui de-
dit velle, daturum etiam perficere, & confi-
maturum usque in finem. Ex quo colligitur
cum qui dirigit in hac electione debere ipsum
quoque suo modo indifferenter esse, vt fideliter
peragat opus, quod ei commissum, & creditum
est, idq. tantum respiciat, & cupiat, vt Dei vo-
luntas, & beneplacitum compleatur, nihil ap-
ponens de suo spiritu proprio. hoc enim est im-
mittere falce in messem Dei, & præterea posset
aliquando præbere materia temptationum exor-
citanti, quia maneret semper aperta democri-
bæ porta, suggesti quod hominis instinctus
ad religionem inductus esset. Persuadeat autem
sibi illud ratum fore, ac fine periculo quod in-
dagauerit iuxta regulas sane electionis. Tap-

28 DIRECT. EXERC. SPIR.

tum diligens sit in subleuando; ac dirigendo
quom Dominuseius curæ ad fidei commisit.
Vigilet in detegendis fraudibus, & patalo-
gismis Daemonis, quoniam ex falsis principijs,
qualia ille suggeret, sequetur non nisi falsa coa-
clusio. Animaduertat etiam contingere sa-
pe ut quis ingrediarit in electionem cum o-
ptima dispositione, & tamen in ipso articulo
eligendi insorgat in ipso aliquis sinister affe-
ctus, qui omnia perturbet; & suffocet bonum
semen, & ideo cautus sit; & industrius ad hanc
omnia tum prouidenda, tum praecauenda.
Circa tertiam, illud certum est rem om-
nium, que sub electionem cadat oportere esse
bonam, siue sit negotia in aliquid particularē,
sive status totius vita. Electio autem status
versatur circa duo sit ne manendum in prece-
ptis, an progrediendum ad consilia, si consilia
sequenda, num in Religione, an extra eam.
Quanquam enim vix iam extra religionem
seruari possunt, tamen potest esse talis natura,
ut non sit valde idonea ad communitatē vi-
es, & obedientiam, & tamen possit seruare
paupertatem & castitatem. tertio si in Reli-
gione, restat etiam in particulari quis ordo
eligendus, quia alios vocat Dominus ad ma-
norem soliditudinem, alios ad suuandos pro-
ximos, & ipsa naturalis complexio vel corpo-
ris, veletiam animalia alij instituto aptior
est. Quarto electa peculiari religione, deli-
beratur stiam de tempore, & de modo id ex-
equandi.

quendi. In eligenda hac autem vel illa reli-
gione, cauendum est, primo ne eligatur aliqua
iam corrupta, vel in qua non vigeat obseruan-
tia. secundo inter illas ipsas in quibus vigeat
obseruantia, præferenda est ea, cuius institu-
tum sit perfectius, in quo dijudicando est opti-
ma doctrina sancti Thomæ 2. 2. quæst. 188.
art. 6. & habenda est maxime ratio personæ,
non solum iuxta vires & propensionem, sed e-
tiam iuxta dotes, & talenta, quæ habet pro-
pter maius Dei obsequium. In tempore au-
tem exequendi diuinam vocationem est in-
terdum peculiaris difficultas, quoniam in his,
quæ repugnant sensui, solet humana infirmi-
tas procrastinari quantum potest, & causas
morarum innectere, seq. ipsam decipere, quæ-
rendo rationes differendi. Quare optimum
est, hanc ipsam difficultatem prefigare in ex-
ercitijs, & cogitare quod ait sanctus Ambro-
sius, Nescit tarda molimina Spiritus sancti
gratia. Imitanda est etiam promptitudo Apo-
stolorum relictis statim retibus, & patre: va-
lestq. illa ratio. Si aliquando, cur non modo?
& si non modo, fortasse munquam. Nunc enī
fecens est Dei motio, & eius auxilium, poste:
vero facile fieri potest, & fit quotidie, ut refri-
gescat hic spiritus, & sic multo difficilius erit
resistere pugnæ carnis, & diaboli. Et hæc de
electione consiliorum. Si quis vero eligat ser-
uare præcepta, restat adhuc consultandum
in quo statuunt in qua ratione vivendi eascer-

uet, quæ singula discutienda sunt, vt eo me-
lius, & cum maiori luce vita instituatur. De-
niq. in alijs particularibus negocijs, vt in su-
scipienda aliqua re, vel non suscipienda, vt en-
dum est his ijsdem regulis, sumendo scilicet
eam partem ipsarum quæ sufficit pro qualita-
te rei. Modus autem, seu regula etiam in his
omnibus particularibus actionibus, est omnia
metiri ex Dei honore, nullo habito respectu
ad proprias commoditates, maxime tempo-
rales, vt intentio semper in Deum recta sit,
nec inflectatur ob aliquid terrenum.

Circa quartum declarâda sunt tantum tria
tempora electionis facienda, quæ habentur
in libro Exercitiorum: nam his bene cognitis,
nihil ferè aliud desiderari posse videtur. Sed
de primo modo pauca sunt dicenda, cum sci-
licet adeo clare constat de Dei voluntate, vt
ne dubitari quidem de ea posset, pro cuius
exemplo ponitur vocatio Matthei, & Pauli.
Et quamvis iam non contingant eiusmodi vo-
cationes ita miraculosæ, tamen & legimus, &
videmus quasdam, quæ quodammodo ad eas
videntur accedere tanta claritate, & satis-
factione spiritus, tamq. certa illustratione
diuinæ voluntatis, vt ne in has quidem videa-
tur cadere posse dubitatio. Sed hic modus ni-
mis extraordinarius est, nec cadit sub regu-
lam: & ideo nec à Deo petendus, aut expectan-
dus est, & ob hanc etiam causam, cum tam ra-
rus sit, non multum est in eo insistendum, &
tan-

tantum obiter declarandus ei qui facit exercitia. Secundus igitur modus est magis ordinarius per inspirationes, & motiones internas in voluntate, easq. tam efficaces, ut sine vilo intellectus discursu, aut fere nullo, voluntas servatur ad Dei seruitutem, & ad perfectionem. Tertius modus procedit per viam intellectus, semper ratiocinando, & ponderando rationes pro una, & pro altera parte, & demum eligendo id quod, omnibus persensis, melius iudicatur. Itaque etiamsi haec duas potentias anima ita coniunctae sint, ut una sine altera in eligendo operari non possit, est tamen haec differencia, quod in priori modo voluntas præcedit, in intellectus vero sequitur, & ab ea trahitur sine vilo suo discursu, aut cunctatione, in posteriori autem præcedit intellectus ipse, tamquam multitudo rationes voluntati proponit, ut etiam timaret, & impellat in eam partem, quam iudicat meliorem. Et quidem hoc supposito, quod motio illa sit immediate a Deo, sine dubio hic modus excellentior est, & altior, quia etiam Aristoteles, ut refert S. Tho. ita ait illis qui membrantur secundum instinctum divinum, non expedit consiliari secundum rationem humana, quia mouetur a meliori principio, quam sit humana ratio. Sed posterior via nempe per ratiocinationem, & discursum, est securior, & tutior. Pro notitia autem prioris declarandæ est exercenti se quid sit consolatio, & quid de consolatione qua utraque agitur in tertia, & quartâ.

72 DIREC^{T.} TEXERA SPIR.
ta regula discernēdi spiritus. Hoc autem consolatio non est habitus; sed veluti spiritualis passio data supernaturā aliter, cuius natura est, vt dum præsens est, facile exerceatur affectus virtutis; immo cum delectatione & gusto; & cum inflamatione affectus. contra vero facit, vt opera carnis defipient, & insuauia videantur. Eius partes, vel modi varij sunt, vt pax, & quiete quædam interior, gaudium spirituale, lumen, & clarior cognitio rerū diuinarum, lachrymae, metaties eleuatio in Deū, spes in Deo fixa, sensus rerū æternarū, cōuersio ad cœlestia, calor sacerdoti amoris, & si qui sunt similes alij effectus, vel affectus, qui sunt omnes à spiritu bono. Desolatio cōtra est tristitia, perturbatio animi, spes in rebus, vel personis humanis, amor rerum inferiorū, ariditas, depresso, & euagatio mentis in res huius mundi, quæ sunt omnia à spiritu malo.

Hoc igitur posito ad cognoscendum vtra ex diabibus partibus, de quibus cōsultatur, magis placeat Deo, debet homō in se ipso notare, & animaduertere, quādo sentit consolationē, ad quam partē eum inclinet consolatio, & tranquillitas animæ, & contra desolatio cum eā sentit, ad quam partē eum magis inclinet. Et cum his temporibus contrarijs videat se moueri ad contrarios effectus; debet pro certo habere, nasci id ex principijs contrarijs. Proprium enim est spiritus mali, inuadere animam tempore desolationis, camq. obtruere pusillanimitate, & tristitia, & corpore, contra vero propriū est boni spiri-

spiritus, afferre animæ latitiam, & tempore
 letitia duplex tractare, & in eam influere,
 ut quecumque dat ex eo quod habet, & quo
 abundat, ut constat ex regulis discretionis spi-
 rituum præsentia quæ huc sequuntur hebdoma-
 dzæ conuenientia quæ valde opportunitæ sunt
 hoc tempore & sine illis fere ambulabitur in
 tenebris. Est etiam alter modus, & praxis hu-
 ius rei, quam posuit P. N. Ignatius illa simili-
 tudine eius qui præsentat Principi suo genus
 aliquod cibi, ut exploreat quidam ei atrideat. Sic
 anima cum profunda humilitate, & ferventi
 amore, ac desiderio gratificandi Deo, offerat
 ei diuersis temporibus modorummodo al-
 teram rem, obseruans quemam ex illis a Deo
 magis accipiat, & adiutatur, dicens semper
 per, Domine quid me vis facere? Quod non
 solum ore, aut leuiori mentis affectu, sed to-
 te corde, & multis cordibus, si tot haberet, ei
 dicendum, & sentendum est.

Porro inter alia indicia diuinæ voluntatis
 vocantis ad statum perfectiorem, illud est op-
 timum, si anima sentit sibi promitti tantum pœ-
 cuniæ spiritualis, quantum necesse sit ad adi-
 ficandam hanc turrim Euangelicæ perfectio-
 nis, idest si sentit labores huius vitæ, qui alijs
 ita gravis videntur, & ipsi metantea ita vide-
 ri solebant, nunc leuiores, & faciliores reddi-
 sic, ut voluntaria paupertas, vel abnegatio
 propria voluntatis, vel castitatis obseruantia;
 & reliquæ in virtutum exercitatio, iam non
 adeo

adeo grauis ei videatur, ut de seipso scribit
S. August. in libris Confess. Secundum est in-
dicum si haec cogitationes pergunt semper mo-
ueret ad bonum. Satanus enim licet ab initio
dissimulet, in progressu tamen non potest diu
se celare, quin incipiat de promere fauum ve-
nenum. Denique de eiusmodi signis boni,
vel mali spiritus optime, & valde dilucide ag-
gitur in regulis discretionis spirituum posteri-
oribus lib. Exercitiorum, agit etiam Ger-
son in libro de probatione spirituum, & Bo-
na ventura de processu relig. cap. 18. Atque
hac hactenus de secundo modo electionis, in
quo si ita constet de diuina voluntate, ut ani-
ma planè confirmetur, & stabilietur, nec des-
ideret maiorem certitudinem, potest hic con-
quiescere, sin vero non sufficiat, poterit pro-
gressi ad tertium modum. Hic autem biper-
titus est, nam in prima parte sunt sex illa pun-
cta, in secunda quattuor. Si ergo in priori
non fiat electio, venientiam est ad posteriorē,
qui est ultimus modus, qui in hac materia tra-
di possit. Pro hoc autem modo, sicut etiam
omni tempore, quo durat electio, requiritur
tranquillitas animæ, quoniam tempore tur-
bationis non est locus electionis, cum scriptus
sit Eccles. 2. Ne festines in tempore obdutio-
nis, quare qui hanc tranquillitatem in se non
sentiret, satius esset ut progrederetur in medi-
tationibus donec tempestas deferuerat, & re-
deat serenitas, quoniam tam turbida est aqua
nihil

nihil in ea perspici potest. Supposita ergo hac tranquillitate, proponenda sunt ex una parte commoda, ex altera parte incommoda prouenientia ex ea re, de qua agitur, & singula bene estimanda, & examinanda, ut videatur quæ nam præponderent. Tantum illud obseruandum, & actuandum hic, quod supra artigimus, nonne has rationes, quæ ad deliberationem adhibentur, debere omnes proficisci ex illo principio diuini obsequij, nec admittendos esse in hac consultatione respectus humanos, aut terrenas cogitationes. Notandum est etiam quod hic tertius modus non solum tunc adhibendus est, cum in secundo modo nihil conclusum est, sed etiam si fasta sit electio confert ad eam magis confirmadam, & stabilierit. Si enim anima certa esset, quod illa motio secundi modi esset a Deo, sine dubio nihil ei esset amplius requirendum, sed quia Angelus satana transfigurat se aliquando in Angelum lucis, ideo hæc generalis regula esse debet, valde periculosum esse, cum homo vult se gubernare tantum per motus voluntatis, & sensus quosdam interiores, non adhibendo considerationem debitam. Et ideo probatio & examen fieri debet per lumen, quia, ut dicit Apostolus, omne quod manifestatur lumen est. Hoc autem lumen post lumen fidei est etiam ipsa humana ratio adiuta tamen, & illuminata lumine fidei, quæ ipsa quoque a Deo est, & non potest unum repugnare alteri, quia necessarium

cessarium est ut verum vero consonum sit. Ita
que hoc etiam signum est spiritus mali, quan-
do refugit hoc examen, quia amat tenebras, &
non vult venire ad lucem, ut non arguantur
opera eius. Hanc igitur ob causam hic mo-
dus eligendi securior est, quia ratio fidei illu-
minata, & Ecclesiae catholicae doctrina instru-
ta suo officio fungitur, & cum totas vires suas
& quicquid potest exponat in inquirenda Dei
voluntate, fideliter facit quod in ipsa est. Si
vero ad has rationes adiungatur, etiam expe-
rientia quam quis habeat suz infirmitatis, ut
manifeste sentiat salutem suam in seculo ex-
poni magno discrimini, non est dubium, quin
securius etiam res procedat. Quod si pra-
terea rationes iste confirmantur per aliqua
signa secundi modi, quæ superius diximus,
semper pacis, consolationis, aut gustus, tum
vero anima maiorem etiam satisfactionem, &
claritatem accipit.

Quæret aliquis quid faciendum sit, si forte
contingat, ut secundo tempore in aliquam
rem inclinemur, tertio vero tempore in alter-
ram ei contrariam, vel dissimilem. Respon-
demus esse diligenter rem examinandam per
regulas discernendi spiritus, & per rectam
rationem, & estimandum pondus rerum ovo-
nentium utroque modo. Quod si constaret
clare quod ratio astipulatur electioni tertij
temporis, securius est eam sequi, quia non est
certum an motio illa secundi temporis finia-

REVERENDO

Deo,

Deo, & tunc maxime cum ratio aliud suadet. Contra vero si rationes, quæ tertio tempore mouent, essent debiles, motiones autem secundi temporis bene examinatae iuxta regulas videntur esse a Deo, & recta ratio eis non repugnat, tota electio secundi tempore vis est præferenda, licet enim prius clare non constaret per eam de Dei voluntate, tamen tebus melius agitatis, & discussis, accedens, rationis testimonio potest fieri ut coacti. Restat nunc alterum, nempe tota praxis, & ordo proponendi electionem, & manuducendi eum, qui facit exercitium. In primis igitur hoc valde notandum est, quod etiam supra indicauimus, iam tum ab initio huius secundæ hebdomadae incipere disponi animam per meditationem illam de Regno Christi, quæ mentem erigat terrenis, & fluxis ad salvatoris initiationem desiderandam, quæ quidem dispositio aliquid est semper deinceps in eo quise exercet, excitando eum, & dirigendo ad id quod perfectius est per reliquas meditationes, ut Nativitatis, Circumcisitionis, Bealias, in quibus ita instruendus est, ut concipiat desiderium assimilandi se filio Dei, & præterea quam maximam possit, engaenum gratitudinem, qui tantâ nobis dedit, & tantâ pro nobis fecit. Hoc obiectio non obstat, quia Deinde quarto, vel quinto die inchoantur meditationes electionis per illud exercitium pueri Iesu, cum remansit in templo, in quo et dicitur

dicitur in libro exercitorum, coepit dare exer-
cium huius Euangelicæ perfectionis, quando
patre putatio, & naturali matre relictis vo-
luit occupari in ijs quæ aeterni patris essent.
Igitur ad disponendam animam electioni fac-
ciendæ, posthano meditationem datur primo
exercitium duorum vexillorum, deinde bœdi
die meditatio de tribus hominum classibus,
quæ ad hoc tedit, ut iuxta eas exercitias se exer-
citet, & cognoscat affectionem suam: cogit res
grundanas, et si in prima, vel secunda classe se
comprehenderit, contetur sibi vita facere, ut se
transferat in tertiam. Ad maiorem autem in-
telligentiam harum triarum classium, notandum
est hoc in omib[us] supponi, modum illuc;
quo pecunia illa acquisita est, non efficitur
tum, uta ut obliget ad restitutionem: Nam
aliquin r[ea] posse homo indifferentes esse at
eas retinendam, vel relinquendam; quod tra-
men dicitur in tertia classe. Est ergo hic nos-
dus, ut quando v.g. aliquis ex simo studio hu-
tri, vel ex aliquo alio affectione humano, & vir-
tioso negotiatur. Secundo nostraum primam
& secundam classem ita inter se differre, quod
utramque habet quidem voluntatem: quandam
infirmitatem, & remissiam exuendi affectionem ad re-
stituendam, sed prima classis multo vñquam adhibet
media, nec cogitat de medijs, secunda vero ali-
quid amplius facit, quia adhibet quidem alii-
qua media, sed quæ ipsi placent, non autem iux-
ta Dei voluntatem, ac beneplacitum. Et isto
vide-

videtur sibi parata omnia alia facere, præter illud, vt priuetur re illa quam amat. tertia porro ad hoc etiam parata est, si Deo ita placeat; idq. tantum inquirit an placeat. Et sic patet totam hanc meditationem eo tendere. vt ostendat anima quam turpe, & perversum sit, si non solum exuere nolit inordinatas cupiditates, sed si velit quidem eas exuere, sed eo modo velit, quo ipsi libeat, & se non resignat in manibus Dei. Ex quo apparet illam esse voluntatem admodum debilem, quia vere vult, & non vult. Vnde quia res hæc tanti momenti est, præsertim ad disponendam animam electioni iam vicinæ, posset etiam exercitans ad maiorem claritatem, præter hanc similitudinem trium mercatorum effingere sibi alias similitudines yeliusdem tenoris, vt v. g. si essent tres agroti, qui sanari quidem omnes cupiunt, sed primus nolit adhibere medicinas vias proprieat earum amaritudinem, nec abscissionem propter dolorem, secundus velit quidem adhibere, sed quas ipse probet, ac iudicet, non eas quæ aptæ sunt eius morbo, vt v. g. si nollet abstinere à vino, aut similibus. tertius deniq. se totum medico permittat, vt & dietam imperiet, & vrat, & fecet ipsa etiā membra si opus sit. Porro simul cum his duabus meditationibus, quas diximus, nempe de duobus vexillis, & de tribus classibus, vel si ita melius videatur sequenti die, post meditationem de transitu Christi à Nazareth, & de eius baptismo proponun-

ponuntur exercitatiæ gradus humiliatissimi, ut quemadmodum dicitur in libro Exercitiorum, toto die eos attimo verset & summa tamen virtutum, vel duo mysteria vite Christi: eadem dia sicut in reliquis diebus meditanda sunt. Nam hi tres modi non dantur pro certa hora alienus ius meditationis, cum non contineant nisi unum punctum præcipuum, scilicet desiderium attingendi tertium: illum gradum humiliatis, quod toto die mente reuoluendum est ex extra meditationem, immo etiam in meditatione opportuno tempore, adhuc tripli colloquio de veritatis ut ibid: dicitur.

His peractis accedendum iam proprius est ad electionem, & in primis declarandum præludium electionis, quod fere coincidit cum fundamento posito ante exercitia, & ideo, qui bene illud meditatus fuerit, nullam in hoc habebit difficultatem. Interim Instrutor explores voluntatem exercentis se, an habeat indifferenteriam de cuius necessitate supra locutus fuimus, & si magis propendere ad imperfectionem statum anima duerterit, explicet ei illum notabile, quod est in exercitijs post tres classes, ut scilicet qui sentit affectum repugnatem paupertati reali, petat à Deo, ut ipsum potius inclinet in illam partem. Cuius ratio est, quia virga incurva secunda est in contrariam partem, ut deinde manens in medio, fiat recta: quod preferim locum habet in hac materia, quam illa pars sic securior, & hoc nihil impedit.

diat vel Dei voluntatem, vel libertatem nostram. Hoc ergo supposito pergendum est in meditationibus mysteriorū Christi, quæ sunt in libro Exercitiorum, & simul vacandum electioni, ad quam dirigendam, dandi sunt tres illi modi recte eligendi voce vel scripto, ut magis videbitur Instructori.

Electio autem ita peragēda est, non ut exercitans meditetur tres illos modos toto tempore meditationis, sed post peractā ynamquamq. meditationem, vel in aliqua eius parte, cum animus iam quietus est, tūc tempus proprium est agendi, & ratiocinandi circa rem propositam. Et ideo diligenter curandum est, ut meditationes quemadmodum diximus, de Christi vita diligēter fiant suo tempore. Nam si quis omisis suis meditationibus vellet se totū dare cogitationi de electione status, non bene faceret, idq. ei dampnum afferret, quia per meditationes anima corroboratur, & illuminatur, & eleuatur à terrenis, vnde sit aptior ad Dei voluntatem, & cognoscendam, & amplectendam, & ad superanda omnia impedimenta, & contra si cedaret à meditando obscurior fieret, & infirmior. Quare, vt dictum est, dandum est suum tempus meditationi diuinarū rerum, quæ pro varietate mysteriorum occurrunt, & sūm deinde tempus electioni, ne si anima tota occupetur in hoc negocio, hæc vna cogitatio exsugat, & exhaustat quodammodo succū & florē devotionis, & ita reddatur languidior.

F Quod

Quod si adhuc magis in particulari quara-
tar quomodo hoc faciendum sit, dicendum
quod si in secundo modo eligendi versetur, de-
bet qui deliberat sine villa sua ratiocinatione,
aut discursu exhibito, dum facit meditationem,
~~aut colloquia~~, & in summa dum constitutus est
ante Deum, proponere oculis mentis suę viam
consiliorum, & obseruare an sentiat in anima
sua motus aliquos consolationis, aut desolatio-
nis. Deinde proponeret sibi viam mandatorū
& hoc idē circa eam obseruare. Nec est ad hoc
necessaria particularis meditatio, ut paulo an-
te dictum est, sed sufficit hoc facere dum ver-
fatur in meditationibus, & orationibus con-
fessis. Et hoc idem faciat extra tempus medi-
tationis proponendo hoc modo dicto, & obser-
uando motus predictos; nihil discurrendo per
se, sed tantum audiendo vocem Domini, & se
ad eam audiepedam, & ad motum illum acci-
piendum disponendo quantum poterit; maxi-
me renouando sepe resignationem, & deside-
riam cognoscendi diuinum beneficium, &
hoc semper querendo, vt cefset omnis propria
voluntas, aut inclinatio. Cum autem venerit
Instructor, exigat ab eo rationē huiusmodi mo-
tionū, & si boni vel mali spiritus signa deprehē-
dat, vtatur regulis &c discernendis spiritibus,
sed ijs præcipue, quæ secundæ hebdomadæ con-
ueniunt, & declareret ei quantū satis esse iudica-
bit ad ipsum dirigendum, vel erigendum si op-
pus fuerit. Et si bene procedere hac via vide-
bit

bit alia meditatione proposita hortetur , vt eandem viam teneat circa electionem propositam , vt experiatur an durent eadem motiones , an aliæ contrarie succedantur . quod si contrarie occurrerint , conetur discernere per predictas regulas , quæ sint bona , quæ mala . Si hoc modo secundi temporis non conficitur electio , quia qui exercetur nullam notitiam dignam motionem in se sentit , vel sentit in utramq. partem , adhibendi sunt modi tertij temporis , prior , & posterior , qui ei declarandi erunt , vt cum priori modo aliquid constituerit , idem deinde expendat posteriori , & si idem resultet ex utroque , id bonum signum est bonae electionis . Hoc autem tertio tempore poterit dari una tantum meditatio ex ijs , quæ secunda hebdomada proponuntur cum sua repetitione , vt reliquum tempus impendatur electioni , idq. videtur in aui in libro Exercitiorum per exemplum contemplationis baptismi , quæ ponitur quinta die . Quanquam cum hoc non præcipiatur , credi potest , quod permetitur Instructori , vt unam vel duas in die dote meditationes , vt videat exercitiae magis profuturum , pro difficultate quæ sit sensu , & prout indigeat tempore ad faciendam hanc discussionem . Monendum etiam erit , vt notet scripto rationes , quæ se offerunt pro utraque parte , idq. seorsim . Nam rationes omnes cuiusq. partis simul collectæ magis veritatem ostendunt , & maiorem vim habent .

S. DIRECT. EXER. SPIR.

ad mouēndum. Has vero cum Instructore conser-
ferre debet, ut ab eo melius dirigi possit.

Potro illud etiam eauendum Instructori, nec
in hoc negocio per se tam difficulti, & laborio-
so nitris obruat exercitatem, nec semper eum
stimate, & fatiget, quia potius sinendus est
aliquando respirare, ne semper affligatur, aut
absorbeatur tristitia, aut tatio, & despera-
tione abiijciat se ipsum, quod tunc maxime
metuendum est, cum præter propriam insu-
mitatem, & repugnantiam carnis, accedunt etiam
demonum impugnaciones. difficile est enim
releuare eiusmodi cor, cum semel conciderit.
Immo vero etiam si quis corneretur minus
promptè respondere diuinæ voluntati, nec se
vincere, ut deberet, sustinendus tamen parior-
ter esset, & expectandum, ut paulatim, & qua-
si pedetentia supereret obices illi oppositos; &
in hoc etiam imitandus mos diuinæ bonitas-
tis, cui cooperamur, quæ omnia suauiter di-
sponit, & longanimitate expectat animæ moras
in veniendo ad eum.

Deniq; hoc etiam aduertendum, quicquid
elget secundo, vel tertio tempore, ne votum
vllum emittat, ut dicitur annos decimaqua-
ta, & præsertim in secundo tempore. Sæpe et
him in illo calore, vel consolatione sunt vota,
quæ deinde displicant, & hoc præsertim
feruandum cum ijs, qui natura sunt feruentis,
& præcipiti, vel parum stabili. Sed tamen si
electio facta esset maturo consilio, ut cum ar-
gna

gna claritate , & indicis haud obscuris diuinæ vocationis , præsertim si ætas , aut natura hominis non esset suspecta , & hic suam electionem votofirmare cuperet , ut se melius muniret contra oppugnationes carnis , & mundi , & Satanae , non potest Instructor , nec debet eius deuotionem impeditre , sicut nec ad id ylla ratione impellere .

Vltimum est in hac electione id quod in libello exercitiorum ponitur in ultimo puncto , ut homo post conclusam electionem ad orationem se conferat . Quo tempore si senserit mentem suam confirmari in electione iam facta ; sentiendo in se motiones aliquas , vel illustrationes desuper immissas , ita ut Deus approbare videatur quod factum est , & promittere vires ad exequendum , id est optimum indicium , & haberi debet tanquam sigillum totius electionis .

Silvero motiones , vel affectus , vel illustrationes intellectus eiusmodi essent ; quæ infirmarent electionem factam , & examinatae iuxta regulas suprapositas , videretur à malo spiritu , vel saltem essent dubia , non est mutanda electio . Si autem clare appareret esse à bono spiritu , signum est discursum non fuisse bonum , & electionem denuo faciendam . Quod si in hac oratione nihil in utramque partem notabile accideret , nec in affectu , nec in intellectu , & voluntas eligentis in suo proposito persecuerat , non est electio in dubium reuocanda .

86 DIRECT. EXERC. 9P.I.R.
canda; sed ita putandum est voluntate Deum
per discutsum rationis voluntatem suam in-
ueniri.

Ceterum illud quoque interdum contingere solet, ut exercitans hallucinetur in electione facienda, & licet Deus illum vocet ad vitam perfectiorem, ipse tamen vel propter demonis deceptionem, vel propter propriam infirmitatem imperfectiorem eligat, idque a Spiritu sancto esse putet, nec ab eo diuineri possit. Tunc igitur prudentia est, ut Institutio non multum reluctetur, quod frustra faceres, sed neque ex altera parte confirmet electionem factam, ac potius ostendat sibi non valde satisficisse, sed sperare quod progressu temporis Dominus ei clarius indicabit voluntatem suam, & sic eum relinquat aliquantum dubium, & incertum de tali electione, deinde etiam instruat quomodo disponere se debet, ne aditum claudat divinitate luci. Sæpe enim experientia monstrauit quosdam, qui in ipso conflictu exercitorum succubuerat, deinde extra exercitia commodius veritatem agnouisse, Idque ex iisdem principijs, quæ hanc ferant in ipsis exercitijs, siue quia demon accidens oppugnat in illo articulo electionis, siue quod natura ipsa præfertim in ijs qui timidiiores sunt, & pusillanimi, ut in illa quasi agonia quodammodo opprimitur, & suffocatur ita cum deinde quodammodo respirat, est mens sibi disposita ad ratiocinandum, & percipi-

piendum lumen Dei, siue denique, quia experientia deinde cognoverunt se non eam vitam posse in seculo tenere, quam fortasse in exercitijs vel ipsi sibi finxerant, vel eis damna persuaserat.

De ijs qui iam statum habent.

Cap. XVI.

POst tractationem de electione ponitur à nostro Patre methodus quedam de emendatione, seu reformatione vita: quæ doctrina maximi momenti est pro ijs, qui iam sunt in statu immutabili, vel saltem quos Deus non vocat ad mutationem status. Per hanc enim reformationem tolluntur multi abusus, quæ etiam si non sint peccata, saltem sunt origo multorum malorum. Hac vero doctrina id agitur, ut multi qui iam vxorem, & familiam habent, licet in seculo maneant, suotamen modo perfectionem sectentur, ad quan nos quoque inuitare, & perducere eos debemus ex vocatione nostra; itaque passim iubent Constitutiones nostræ. Nec est dubium quin si proximos iuuare conaremur, ac dirigere ad hanc formulam, quæ his expressa est, valde insignis fructus sequeretur. Itaque hoc omnibus operarijs Societatis valde commendatum esse deberet.

Cum his igitur hunc modum tenere oportet, vt præter exercitia ordinaria de myste-

F 4 rijs

rijs vita Christi, dentur etiam illa de duobus vexillis, & tribus hominum classibus, immo etiam præludium electionum. Hęc enim licet non adeo necessaria sint, vt ijs qui de tota vita statu deliberaturi sunt, non potest tamen dubitari, quin valde sint utilia, vt animentur ad eam perfectionem, cuius ipsorum saltem status, ac conditio est capax. Cæterum secundus modus eligendi non valde ad hoc negocium pertinet, sed potius tertius modus eiusq. membrum utrumque. Res autem insti tuenda ita est, vt singula puncta discutiantur. v. g. de familia, vel de expensis, & post deliberationem factam de uno puncto, transeatur ad aliud, in singulis autem maius vel minus tempus insumatur, vt fuerit negocij gruitas, vel difficultas. Aliquando enim una hora, aut etiam plures in uno punto insumen derunt, aliquando autem plura puncta in una hora concludentur.

De tercia hebdomada. Cap. XVII.

IN tercia hebdomada stabilitur, & confirmatur electio vita melioris iam facta, & voluntas seruiedi Deo, proposito tanto, & tali exemplo, nempe paixione Domini, & Saluatoris nostri. In ea enim omnes eius virtutes multo ingnus, atque excellētius elucēt, & efficacius nos inuitant ad sui imitationem. Itaque magnus hic thesaurus recorditus est, unde videamus sanctos

Quos omnes in hac potissimum parte se exerce-
cuisse, ut appareret ex libris, quos scriptos re-
liquerunt. Et ideo in hoc etiam oportet exer-
citantem diligenter instrui, quoniam hic esse
deberet ordinarius animæ cibus.

Ordo & discursus harum meditationum est
idem, qui in præterita hebdomada, nempe in-
tuendo personas, dicta & opera. Debet ta-
men ijs præsertim qui non a deo sunt exercita-
ti aperiri via in hac materia per illa puncta,
quæ communiter tradi solent, quis patiatur,
quid patiatur, a quibus, & propter quos. In
compositione loci debet qui meditatur ita se
constituere, quasi præsens esset mysterio illi-
dum ageretur, & quidem ac si gestu esset pro-
pter se solum iuxta formam illam Apostoli,
Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro
me. Itaque debet anima ita se respicere, quæ si
ipsa causa fuerit tantorum dolorum, & igno-
miniarum, quas Dei filius perpessus est, dein-
de videre, quidquid bonorum spiritualium,
quidquid gratiarum, & quod ab æternis malis li-
berata sit, quod æterna bona se consecuturam
speret, hæc omnia ex Christi meritis sibi pro-
uenisse. Immo etiam considerare Christum
dum illa pateretur, habuisse ante oculos &
nos, & nostra peccata in particulari omnia,
& pro ijs orasse, eorumq. remissionem, & gra-
tiam nobis impetrasse.

Quamquam autem affectus compassionis
est valde bonus, debetq. & peti cum instantia
& desiderio.



cessarium est ut verum vero consonum sit. Ita que hoc etiam signum est spiritus mali; quando refugit hoc examen, quia amat tenebras, & non vult venire ad lucem, ut non arguantur opera eius. Hanc igitur ob causam hic modus eligendi securior est, quia ratio fidei illuminata, & Ecclesiaz catholicæ doctrina instruta suo officio fungitur, & cū totas vires suaz & quicquid potest exponat in inquirenda Dei voluntate, fideliter facit quod in ipsa est. Si vero ad has rationes adiungatur, etiam experientia quam quis habeat suaz infirmitatis, ut manifeste sentiat salutem suam in seculo exponi magno discrimini, non est dubium, quia securius etiam res procedat. Quod si praeterea rationes istaz confirmantur per aliquas signa secundi modi, quaz superius diximus, semper pacis, consolationis, aut gustus, tum vero anima maiorem etiam satisfactionem, & claritatem accipit.

Quare aliquis quid faciendum sit, si forte contingat, ut secundo tempore in aliquam rem inclinemur, tertio vero tempore in alteram ei contrariam, vel dissimilem. Respondemus esse diligenter rem examinandam per regulas discernendii spiritus, & per rectam rationem, & aestimandum pondus rerum convenientium utroque modo. Quod si constaret clare quid ratio stipulatur electioni tertij temporis, securius est eam sequi, quia non est certum an motio illa secundi temporis sua-

perpetua.

Deo,

Deo; & tunc maxime cum ratio aliud sua-
det. Contra vero si rationes, quæ tertio tem-
pore mouent, essent debiles, motiones au-
tem secundi temporis bene examinatae iuxta
regulas videntur esse a Deo; & recta ratio eis
non repugnat, tota electio secundi tempore
vis est præferenda. Illic etenim prius clare non
constaret per eam de Dei voluntate, tam en-
trebus melius agitatis; & discissis, acceden-
te rationis testimonio potest fieri ut consti-
tuatur. Restat nunc alterum, nempe tota praxis;
& ordo proponendi electionem & manuduc-
tendit eam, qui facit exercitium. In primis
igitur hoc valde notandum est, quod etiam
supra indicauimus, iam tum ab initio huius
secunda hebdomadae incipere disponi animi
suum per meditationem illam de Regno Chri-
sti; quæ mentem erigit a terrenis, & fluxis ad
Saluatoris imitationem desiderandam; quæ
quidem dispositio alenda est semper. Deinde
ceps in eo quise exercet excitando eum, & di-
rigendo ad id quod perfectius est per reliquas
meditationes, vt Nativitatis, Circumcisionis,
& alias; in quibus ira instruendus est, vt con-
cipiat desiderium assimilandi filio Dei; &
præterea quam maximam possit, enga cum
gratitudinem, qui taata nobis dedit, & tan-
ta pro nobis fecit.

Deinde quarto, vel quinto die inchoantur
meditationes electionis per illud exercitium
puerilis Iesu, cum remansit in templo, in quo ut
dicitur

dicitur in libro exercitorum; cœpit dare exer-
cium huius Euangelicæ perfectionis, quando
patre putatio, & naturali matre relictis vo-
luit occupari in ihs quæ aeterni patris essent.
Igitur ad disponendam animam electioni fa-
ciendæ, posthano meditationem datur primo
exercitium duorum vexillorum, deinde hodie
die meditatio de tribus hominum classibus,
quæ ad hoc tedit, vt iuxta eas exercitias se exer-
minet, & cognoscat affectum suum eoga res
mundanas, et si in prima, vel secunda classe se
deprehenderit, conetur libri via facere, vt se
transferat in tertiam. Ad maiorem autem in-
telligentiam harum trium classium, notandum
est hoc in omnibus supponi, modum illuc
quo pecconia ita acquisita est, non esse illis
rum, ut vt obliget ad restitutionem. Nam
aliоquin nos posset homo indifferens esse ad
eam retinendam, vel relinquidam; quod ta-
men dicitur in tertia classe. Et ergo hic mos
dus, vt quando v.g. aliquis ex nimio studio his-
tri, vel ex aliquo alio affectu humano, se vit-
tioso negotiatur. Secundo notandum primam
& secundam classem ita inter se differre, quod
vtrique habet quidem voluntatem quandam
infirmitatem, & remissam exuendi affectum ad re-
ligiam, sed prima classis multa inquam adhibet
media, nec cogitat de medijs, secunda vero ali-
quid amplius facit, quia adhibet quidem ali-
qua media, sed que ipsi placent, non autem iux-
ta Dei voluntatem, ac beneplacitum. Et ideo
vide-

videtur sibi parata omnia alia facere, preter illud, ut priuerit re illa quam amat. tertia portio ad hoc etiam parata est, si Deo ita placeat, idq. tantum inquirit an placeat. Et sic patet totam hanc meditationem eo tendere, ut ostendat animæ quam turpe, & perniciem sit, si non solum exuere nolit, inordinatas cupiditates, sed si velit quidem eas exuere, sed eo modo velet, quo ipsi libeat, & se non resignat in manibus Dei. Ex quo apparet illa esse voluntatem admodum debilem, quia vere vult, & non vult. Vnde quia res hæc tanti momenti est, præsertim ad disponendam animam electioni iam vicinæ, posset etiam exercitans ad maiorem claritatem, præter hanc similitudinem trium mercatorum effingere sibi alias similitudines, veliusdem tenoris, ut v. g. si essent tres agroti, qui sanari quidem omnes cupiunt, sed primus nolit adhibere medicinas vias propriæ doloris; secundus velit quidem adhibere, sed quas ipse probet, ac iudicet, non eas quæ aptæ sunt eius morbo, ut v. g. si nollet abstinere a viro, aut similibus. tertius deniq. se totum medico permittat, ut & dietam impremet, & vrat, & secer ipsa etiæ membra si opus sit. Potro simul cum his duabus meditationibus, quas diximus, nempe de duobus vexillis, & de tribus classibus, vel si ita melius videatur sequenti die, post meditationem de transitu Christi à Nazareth, & de eius baptismo proponun-

ponuntur exercitati res gradus humilitatis, ut quemadmodum dicitur in libro Exercitiorum, toto die eos attimo verset & simul tamen vultum, vel duo mysteria vite Christi eadem die sicut in reliquis diebus meditanda sunt. Nam hi tres modi nondantur pro certa hora aliquius meditationis, cum non contineant nisi unum punctum præcipuum, scilicet desiderium attingendi tertium illum gradum humilitatis, quod rorore die mente ne voluerendum est extra meditationem, immo etiam in meditatione opportuno tempore, adhibito triplici illo colloquia de veritate ut ibid. dicitur.

His peractis accedendum iam proprius est ad electionem, & in primis declarandum præludium electionis, quod fere coincidit cum singulamento positio ante exercitia, & ideo, qui bene illud meditatus fuerit, nullam in hoc habebit difficultatem. Interim Instructionem explores voluntatem exercentis se, an habeat indifferentiam de cuius necessitate supra locum superius, & si magis propendere ad imperfectionem statum animaduerterit, explicet ei illum notabile, quod est in exercitiis post tres classes, ut scilicet qui sentit affectum repugnatorem paupertati reali, petat a Deo, ut ipsum potius inclinet in illam partem. Cuius ratio est, quia virga incurva flexenda est in contrariam partem, ut deinde manens in medio, fiat recta, quod preferimus locum habet in hac materia, et illa pars sic secundior, & hoc nihil impedit.

diat vel Dei voluntatem, vel libertatem nostram. Hoc ergo supposito pergendum est in meditationibus mysteriorū Christi, quæ sunt in libro Exercitiorum, & simul vacandum electioni, ad quam dirigendam, dandi sunt tres illi modi recte eligendi voce vel scripto, ut magis videbitur Instructori.

Electio autem ita peragēda est, non ut exercitans meditetur tres illos modos toto tempore meditationis, sed post peractū vnamquamq. meditationem, vel in aliqua eius parte, cum animus iam quietus est, tūc tempus proprium est agendi, & ratiocinandi circa rem propositam. Et ideo diligenter curandum est, ut meditationes quemadmodum diximus, de Christi vita diligēter fiant suo tépore. Nam si quis omisis suis meditationibus vellet se totū dare cogitationi de electione status, non bene faceret, idq. ei dampnum afferret, quia per meditationes anima corroboratur, & illuminatur, & eleuatur à terrenis, vnde sit aptior ad Dei voluntatem, & cognoscendam, & amplectendam, & ad superanda omnia impedimenta, & contra si cedaret à meditando obscurior fieret, & infirmior. Quare, ut dictum est, dandum est suum tempus meditationi diuinarū rerum, quæ pro varietate mysteriorum occurruunt, & suum deinde tempus electioni, ne si anima tota occupetur in hoc negocio, hæc vna cogitatio exsugat, & exhaustat quodammodo succū & florē devotionis, & ita reddatur languidior.

F

Quod

Quod si adhuc magis in particulari quaretur quomodo hoc faciendum sit, dicendum, quod si in secundo modo eligendi versetur, debet qui deliberat sine villa sua ratiocinatione, aut discursu adhibito, dum facit meditationem, aut colloquia, & in summa dum constitutus est ante Deum, proponere oculis mentis sue viam consiliorum, & obseruare an sentiat in anima sua motus aliquos consolationis, aut desolationis. Deinde proponeret sibi viam mandatorum & hoc idcirca eam obseruare. Nec est ad hoc necessaria particularis meditatio, ut paulo ait redictum est, sed sufficit hoc facere dum vero facitur in meditationibus, & orationibus confectis. Et hoc idem facias extra tempus meditationis proponendo hoc modo dicto, & obseruando motus predictos; nihil discurrendo per se, sed tantum audiendo vocem Domini, & facte eam audiendam, & ad motum illum accipiendum disponendo quantum poterit; maxime renouando sepe resignationem, & desiderium cognoscendi diuinum beneplacitum, & hoc semper operando, ut cesset omnis propria voluntas, aut inclinatio. Cum autem veneris Instructor, exigat ab ore ratione huiusmodi mutationum, & si boni vel mali spiritus signa deprehendat, utratur regulis de discernendis spiritibus, sed ijs praecipue, quae secundæ hebdomadæ conueniunt, & declarat ei quantū satis esse iudicabit ad ipsum dirigendum, vel erigendum si opus fuerit. Et si bene procedere hac via videbit

bit alia meditatione proposita hortetur , vt eandem viam teneat circa electionem propositam , vt experiatur an durent eadem motiones , an aliae contrariae succedant . quod si contrariae occurrerint , conetur discernere per predictas regulas , quae sint bona , quae mala . Si hoc modo secundi temporis non conficitur electio , quia qui exercetur nullam notatu dignam motionem in se sentit , vel scacit in utramq . partem , adhibendi sunt modi tertij temporis , prior , & posterior , qui ei declarandi erunt , vt cum priori modo aliquid constituerit , idem deinde expendat posteriori , & si idem resultet ex utroque , id bonum signum est bonae electionis . Hoec autem tertio tempore poterit dari una tantum meditatione ex ijs , quae secunda hebdomada proponuntur cum sua repetitione , vt reliquum tempus impendatur electioni , idq . videtur innui in libro Exercitiorum per exemplum contemplationis baptismi , quae ponitur quinta die . Quanquam cum hoc non præcipiatur , credi potest , quod permitterit Instructori , vt unam vel duas in dies dote meditationes , vt videat exercitiae magis profuturum , pro difficultate quam sensit , & propter indigentem tempore ad faciendam hanc discussionem . Monendum etiam erit , vt notet scripto rationes , quae se offerunt pro utraque parte , idq . seorsim . Nam rationes omnes cuiusq . partis simul collecte magis veritatem ostendunt , & maiorem vim habent .

F 2 ad mo-

S. DIRECT. EXER. SPIR.

ad mouēndum. Has vero cum Instructore conser-
ferre debet, vt ab eo melius dirigi possit.

Porro illud etiam eauendum Instructori, ne
in hoc negocio per se tam difficult, & laborio-
so nimis obruat exercitatem, nec semper eum
fimulet, & fatiget, quin potius sinendus est
aliquando respirare, ne semper affligatur, aut
absorbeatur tristitia, aut tādio, & despera-
tione abijciat se ipsum, quod tunc maxime
metuendum est, cum præter propriam infi-
mitatem, & repugnantiam carnis, accedunt etiā
demonum impugnations. difficile est enim
releuare eiusmodi cor, cum semel conciderit.
Immo vero etiam si quis cerneretur minus
promptè respondere diuinæ voluntati, nec se
vincere, vt deberet, sustinendus tamen patien-
ter esset, & expectandum, vt paulatim, & qua-
si pedentem superet obices illi oppositos; &
in hoc etiam imitandus mos diuinæ bonitas-
tis, cui cooperamur, quæ omnia suauiter di-
sponit, & longanimitate expectat animæ moras
in veniendo ad eum.

Deniq; hoc etiam aduertendum, quicquid
eligit secundo, vel tertio tempore, ne votum
vilkum emitat, vt dicitur annos. decimaqua-
ta, & præsertim in secundo tempore. Sæpe et
hinc in illo calore, vel consolatione sunt vota,
quæ deinde displicant, & hoc præsertim
feruandum cum ijs, qui natura sunt feruentia,
& præcipiti, vel parum stabili. Sed tamen si
electio facta esset maturo consilio, vt cum ar-
gna

gna claritate , & indicis haud obscuris diuinæ vocationis , præsertim si ætas , aut natura hominis non esset suspecta , & hic suam electionem votofirmare cuperet , ut se melius muniret contra oppugnationes carnis , & mundi , & Satani , non potest Instructor , nec debet eius denotionem impedire , sicut nec ad id ylla ratione impellere .

Vltimum est in hac electione id quod in libello exercitiorum ponitur in vltimo puncto , ut homo post conclusam electionem ad orationem se conferat . Quo tempore si fenserit mentem suam confirmari in electione iam facta ; sentiendo in se motiones aliquas , vel illustrationes desuper immissas , ita ut Deus approbare videatur quod factum est , & promittere vires ad exequendum , id est optimum indicium , & haberi debet tanquam sigillum totius electionis .

Silvero motiones , vel affectus , vel illustrationes intellectus eiusmodi essent , quæ infirmarent electionem factam , & examinatæ iuxta regulas suprapositas , videretur à malo spiritu , vel saltem essent dubiæ , non est mactanda electio . Si autem clare appareret esse à bono spiritu , signum est discursum non fuisse bonum , & electionem denuo faciendam . Quod si in hac oratione nihil in utramvis partem notabile accideret , nec in affectu , nec in intellectu , & voluntas eligentis in suo proposito persenerat , non est electio in dubium reu-

86 DIRECT. EXHER. SPIR.
canda; sed ita putandum est voluntate Deum
per discutsum rationis voluntatem suam in-
ueniri.

Ceterum illud quoque interdum contingere
solet, ut exercitans hallucinetur in electione
facienda, & licet Deus illum vocet ad vi-
tam perfectiorem, ipse tamen vel propter da-
monis deceptionem, vel propter propriam in-
firmitatem imperfectiorem eligat, idq. à Spi-
ritu sancto esse putet, nec ab eo dimoveri posse
fit. Tunc igitur prudentia est, ut Instructio
non sicutum reluctetur, quod frustra faceres,
sed neque ex altera parte confirmet electionem
factam, ac potius ostendat sibi non val-
de satisfecisse, sed sperare quod progressu tem-
poris Dominus ei clarius indicabit voluntati-
tem suam, & sic eum relinquat aliquantum
dubium, & incertum de tali electione, deinceps
de etiam instruat quomodo disponere se de-
beat, ne aditum claudat dominus luci. Sape
enim experientia monstrauit quosdam, qui in
ipso conflictu exercitorum succubuerat, de-
inde extra exercitia commodius veritatem ar-
gnouisse, Idq. ex iisdem principijs, quæ haue-
ferant in ipsis exercitijs, siue quia demon a-
crius oppugnat in illo articulo electionis, siue
quod natura ipsa praesentiam in ijs qui timidio-
res sunt, & pusillanimes, ut in illa quasi ago-
nia quodammodo opprimitur, & suffocatur;
ita cum deinde quodammodo respirat, est me-
lius disposita ad ratiocinandum, & perci-
pien-

piendum lumen Dei, siue denique, quia experientia deinde cognoverunt se non eam vitam posse in seculo tenere, quam fortasse in exercitijs vel ipsi sibi finxerant, vel eis demon persuaserat.

De ijs qui iam statum habent.

Cap. XVI.

Post tractationem de electione ponitur a nostro Patre methodus quædam de emanatione, seu reformatione vita: quæ doctrina maximi momenti est pro ijs, qui iam sunt in statu immutabili, vel saltem quos Deus non vocat ad mutationem status. Per hanc enim reformationem tolluntur multi abusus, qui etiam si non sint peccata, saltem sunt origo multorum malorum. Hac vero doctrina id agitur, ut multi qui iam vxorem, & familiam habent, licet in seculo maneant, suo tam modo perfectionem sectentur, ad quam nos quoque iuitare, & perdueere eos debemus ex vocatione nostra; itaque passim iubent Constitutiones nostræ. Nec est dubium quin si proximos iuuare conaremur, ac dirigere ad hanc formulam, quæ hic expressa est, valde insignis fructus sequeretur. Itaque hoc omnibus operarijs Societatis valde commendatum esse deberet.

Cum his igitur hunc modum tenere oportet, vt propter exercitia ordinaria de myste-

F 4 rijs

rijs vitæ Christi, dentur etiam illa de duobus vexillis, & tribus hominum classibus, in amorem etiam præludium electionum. Hęc enim licet non adeo necessaria sint, vt ijs qui de tota vitæ statu deliberaturi sunt, non potest tamen dubitari, quin valde sint utilia, vt animentur ad eam perfectionem, cuius ipsorum saltus status, ac conditio est capax. Cæterum secundus modus eligendi non valde ad hoc negotium pertinet, sed potius tertius modus eiusq. membrum utrumque. Res autem instauranda ita est, vt singula puncta discutiantur v. g. de familia, vel de expensis, & post deliberationem factam de uno puncto, transeatur ad aliud, in singulis autem maius vel minus tempus insumatur, vt fuerit negotij gravitas, vel difficultas. Aliquando enim una hora, aut etiam plures in uno punto insumen- dæ erunt, aliquando autem plura puncta in una hora concludentur.

De tercia hebdomada. Cap. XVII.

IN tercia hebdomada stabilitur, & confirmatur electio vitæ melioris iam facta, & voluntas seruandi Deo, proposito tanto, & tali exemplo, nempe passione Domini, & salvatoris nostri. In ea enim omnes eius virtutes multo insignius, atque excellētius elucēt, & efficacius nos inuitant ad sui imitationem. Itaque magnus hic thesaurus recorditus est, vnde videmus sanatos

Qos omnes in hac potissimum parte se exercuisse, vt appareat ex libris, quos scriptos reliquerunt. Et ideo in hoc etiam oportet exercitatem diligenter instrui, quoniam hic esse deberet ordinarius animæ cibus.

Ordo & discursus harum meditationum est idem, qui in præterita hebdomada, nempe intuendo personas, dicta & opera. Debet tamen ijs præsertim qui non adeo sunt exercitati aperiri via in hac materia per illa puncta, quæ communiter tradi solent, quis patiatur, quid patiatur, a quibus, & propter quos. In compositione loci debet qui meditatur ita se constituere, quasi præsens esset mysterio illud ageretur, & quidem ac si gestu esset propter se solum iuxta formam illam Apostoli, Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Itaque debet anima ita se respicere, quasi ipsa causa fuerit tantorum dolorum, & ignominiarum, quas Dei filius perpessus est, deinde videre, quidquid bonorum spiritualium, quidquid gratiarum, & quod ab æternis malis liberata sit, quod ab æterna bona se consecuturam speret, hæc omnia ex Christi meritis sibi prouenisse. Immo etiam considerare Christum dum illa pataretur, habuisse ante oculos nos, & nostra peccata in particuliari omnia, & pro ijs orasse, eorumq. remissionem, & gratiam nobis impetrasse.

Quamquam autem affectus compassionis est valde bonus, debetq. & peti cum instantia & desi-



94 DIRECT. EXER. SPIR.

& desiderari cum humilitate, & excipi cui gratia, debent tamen simul etiam curari alij affectus, qui sunt utiliores ad profectum nostrum spiritualem. Primus autem est, quanta res sic offendere Deum, quando ad satisfaciendum ei diuina sapientia dignum putauit adhibere ipsum filij sui sanguinem, & vitam, ex quo etiam nascitur summum odium peccati, quod praeferunt ab illa iustitia tam severis poenis vindicetur, quia si hoc in viridi, quid in arido? Secundo cognoscenda, & veneranda est bonitas, & sapientia Dei infinita, quae tam aptum medium inuenit, ut hominum corda amore suu liquefacta ad se attraheret iuxta Apostolum, Comendat Dens charitatē suam in nobis quamcum inimici essemus &c. Tertio hic etiam confirmatur spes nostra, quia ut ait S. Augustinus dedit quod plus est, nempe unigeniti sui sanguinem, dabit & gloriam aeternam, quae minus est sine dubio. Et ideo hic Christi sanguis tenendus est, ut arrha, & pignus tum divini amoris, tum futurae beatitudinis: quarto & omnium maxime, inflammatur amor in Deum consideratione tantæ bonitatis, & tanti beneficij nobis dati, & dati tali modo. Quinto sic etiam animantur omnes ad perfectam imitationem, ut ait S. Petrus, Christus pauper est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Turpe enim esset, & insolerabile, cum ille ut nos pro nostra ipsorum salutem doceret, non dignatus sit tam humiliter perpeti,

perpeti, si nos quorum salus agitur recusemus; Denique potest etiam & dobet cōcipi magnus zelus animarum, quas videlicet Deustati asti, maut, & tanto affectu amavit, & tam magno pretio emit. Iuuat etiam habere in promptu hac hebdomada aliquas sententias sacrae scripturæ ad Domini passionem pertinentes ex psalmis, vel ex prophetis, & maxime ex Isaya, vel etiam ex Euangelijs, aut ex epistolis Pauli, quæ vel magnitudinem dolorum, ac cruciatum Christi Domini indicant, vel eius bonitatem, aut effectus mirabiles in hominum reparatio- ne, que extra meditationem valde proderunt ad cor excitandum, & etiam ad tollendum ne- seio quam satietatem, quæ subrepere solet ex continuatione earundē rerum. Hæc autem lo- ca scripture poterit Instructor colligere, vel ab alio iam collecta suppeditare. sunt enim multi, & passim occurruunt. Cetera, quæ ad hanc hebdomadam pertinent, scripta sunt in libro exercitorum clare, & distincte in meditatio- nibus, & additionibus. In particulari autem quæ in fine huius hebdomadae tradūtur de re- gulis ad viculum temperandum, non est quod scripta dentur, sed verbo tantum explicentur, tum ob alias causas, tum quia non omnibus eodem modo proponendæ sunt, sed adhibita discretione pro cuiusq. cōplexione, & viribus tam corporis, quam animi. Notandum etiam quod hæ regule non solum proponi debet hac hebdomada, sed antea etiā aliquo opportuno tempore.

tempore saltem, si tamen prius factum non est, hic declararentur. Fortasse enim in hunc locum dilatae sunt, ne prioribus hebdomadis nimis oneraretur is qui in exercitijs versatur tot documentis extra ipsas meditationes. In haec autem hebdomada multo pauciora sunt eiusmodi documenta, et sic magis vacabit Instructori ea explicare. Expedit enim ut semper aliquid noui afferat, cum inuisit exercitatem:

De quarta hebdomada. Cap. XVIII.

Quartam hebdomadam videtur respondere, viz. vniuersitate tota enim exerceatur in amore Dei, & desiderio aeternitatis, cuius tanquam exemplar proponitur resurrectio Christi, eaq. gaudia, quae etiam in hoc mundo eam consecuta sunt. Possent etiam hic addi aliqua meditationes de gloria Paradisi, & de futura iustorum felicitate, cuius pignus accepimus in hoc mysterio resurrectionis Christi, quia iuxta Apostolum, Deus nos etiam conseruit, & confidere fecit cum illo. Quare et magis excitari debemus ad contemnenda terrena, & caelestia appetenda iuxta illud eiusdem, Si consurrexisti cum Christo, quae sursum sunt quare, quae sursum sunt sapientiae, &c.

Exercitium de amore Dei est valde aptum ad amorem nostrum in Dicum excitandum, & continet quatuor puncta secundissima, scilicet magnam.

magnam materiam suppeditant ad meditandum. Potest autem duobus modis fieri, primo si sedem diebus cum alijs mysterijs resurrectionis, ita vt secundo die postquam cœpta sint mysteria resurrectionis incipiatur etiam hæc meditatione de amando Deo, eq. quotidie vna, aut altera hora tribuatur distincta a meditatione illorum mysteriorum. Alter modus est, vt absoluatur prius omnia illa mysteria, & deinde integer dies, aut duo dies huic vni meditationi assignentur. Est autem bene notandum, & declarandum exercitanti, quod in eo dicitur, anhorem magis pendere ex operibus, quam ex verbis, & consistere in mutua quadam facultatum, & omnium rerum communicatione. Per hoc enim intelligere debet non sufficere sibi tenaciorum quendam affectum, quem in se sentiat, neque eo contentum esse debere. Verum est enim quod ait S. Gregorius, Probatio amoris, exhibito est operis, & amor ubi est, magna operatur, & ubi operari renuit, amor non est. Nec aliud occurrit circa hanc quartam hebdomadam.

De tribus Modis orandi.

Cap. XIX.

Post exercitia adduntur aliqua documenta aptissima & valde utilia profectui spirituali. Primo autem loco ponuntur tres modi orandi, non vt omnes qui iam exercitia pergerint in eis exerceantur, nam hoc non necessarium

cessarium est, sed ponuntur ad complemen-
tum doctrinæ, & propter rudiores, & minus
capaces, qui scilicet non ita possunt habe-
re perpetuos discursus in oratione, ut diut-
ius hærent in una materia. Vnde in Consta-
part. 7. cap. 4. l. F. dicitur exercitia plena non
nisi paucis, primâ hebdomadâ cum his tribus
modis orandi, pluribas communicari posse.
Primus ergo modus est disurrendo circa
præcepta Dei aut Ecclesiæ, & circa septem pre-
cata capitalia, & tres potentias animæ, &
quinq[ue] sensus, & hoc non tam speculativæ,
quam practice. v. g. cogitando in præceptis
quomodo male ea feruatur, & proponendo
in posterum melius feruare, & sic de reliquis.
Si vero hæc matoria p[ro]bilo altius oleuadie offere
& exercitans capacior esset, hic modus pre-
scribi posset. In præceptis consideretur, pri-
mo præceptum ipsum in se, quantum bonum,
& iustum, & sanctum. Secundo quā utilis esse
obseruantia. tertio quomodo antea obser-
vatum sit, & si bene sit observatum, agendo gra-
tias Deo, sin contra, dolendo, & petendo vot-
niam. quarto proponendo in posterum perfe-
ctam, & exactam observantiam, & petendovot-
niam gratiam per colloquium. Quo finito si nō
explera sit hora, transiuntur ad aliud præcep-
tum in ordine. In peccatis primo videndo
singula, quam mala sint, & quam iuste prohibi-
ta. Secundo quantum noceant, si non fugian-
tur. Tercio quomodo adhuc fugerit, vel in-
fugietur. post-

C A P V T X I X .

postrem decreuerit fugere . In potentijs , & sensibus cogitari potest primo quam nobiles , & quam nobis vtiles sint singulae , vt v. g. intellectus , & deinceps aliae . Secundo ad quem finem datur . Tertio quomodo ijs usus sit Christus , vel Beatissima Virgo . Quarto quomodo nos vni simus , & doceando quod male &c. Et idem de alijs potentijs , & sensibus sigillatis ; & inter alia etiam de facultate loquendi , de virtute motiua , & similibus . Est tamen aduentum , dum cogitamus , quomodo vni simus his potentijs , vel in meditatis preceptis , quam male ea seruauerimus , & maxime in meditatis peccatis , non ita debere institui meditationem , quasi examinare velimus conscientiam , vt fit , cum nos preparamus ad confessionem , vel etiam velimus de industria elicere contritionem . Hoc enim pertinet ad primam hebdomadam . Sed hic principalis intentio est cogitare ipsas matorias , ex occasione autem fit reflexio ad nos ipsos , & ideo in generali tam debet fieri haec reflexio , non multum descendendo ad particularia peccata . Hoc orationis genus dicitur P. Franciscus Xauerius commendare solitus omnibus animabus quas trahabat , ita vt etiam penitentia loco iniungere soleret , vt mane , & vespere aliquod tempus huic impenderent . Quamvis autem in libro exercitorum dicatur tanto spatio esse immorandum , quo oratio dominica ter recitari posset , tamen si quis in aliquo gustum iaueniret ,

vel

vel utilitatem aliquam spiritualem; deberes ibi hærente diutius; etiam si non posset absoluere omnia præcepta: iuxta id quod dicitur in quarta addit. ad finem primæ hebdomadæ. In secundo modo orandi notandum est, cum una vox non facit sensum, plures debere coniungi, ut *Qui es in cælis*, aut *Sanctificetur nomen tuum*. Aliæ suæ voces, quæ solæ præbent materiam meditationis, ut *Pater*, vel *Noster*. Quod autem hic dicitur de his orationibus, idem intelligendum est de aliquibus scripturaræ locis, ac præsertim psalmis, e quibus aliqui eligi possunt, vel psalmi toti, vel eorum versiculi, qui uberrime pascunt & intellectum, & affectum. Notandum est etiam, cum qui facit exercitia bene procedit in hoc orandi modo, ita ut eum satis tonere videatur, non esse necessarium, ut multum in eo procedat, quia sufficit, ut didicerit modum, quo deinde in posterum uti sciat. Quod idem intelligendum est de primo modo, nisi quod cù ille habeat aliquam maiorem varietatem utile erit ut faciat unum exercitium circa præcepta, aliud circa peccata, aliud circa potentias animæ, aliud circa sensus &c.

Tertius modus orandi ita intelligendus est, ut in considerandis singulis vocibus alicuius orationis tantum tempus insumamus, quantum communiter una respiratio durare solet. Quod si quis pro sua deuotione amplius morari vellet, poterit quidem, sed tunc potius secun-

secundum orandi modum pertinebit, quam ad hunc tertium. Imitat autem hic modus, ut assuescamus facere orationem vocalem eum attentione, & denotione debita, ut seruemus illud Apostoli, Orabo spiritui, orabo & mente. Quare hoc exercitium est valde utile eis, qui obligati sunt ad horas canonicas, vel ad alias orationes mentales.

Quamvis autem hi tres modi orandi hic tradantur, non existimandum est excludi alios modos, quos Spiritus sanctus docere solet, & quos viri in spiritu exercitati secundum experientiam, & secundum rationem, & doctrinam sanitatem habere solent, vel quos quisque sibi utiles ad suum profectum ipso usu deprehenderit. Quod idem etiam de nostris ipsis intelligendum est, accedente tamen semper approbatione, & consensu Superioris, vel Praefecti spiritualis quibus quisque patet facere modum debet, quem in orando tenet, eq. magis si paulum discedat ab ordinario modo. Ceterum tres h[ic] modi non solum aliis alijs aptior erit pro personarum varietate, sed etiam persona eadem pro varia dispositione animi, vel corporis aptior erit modo ad unum modo ad aliud, vt. g. cum aliquis est fatigatus vel male habet, non erit bene dispositus ad longiorem meditationem, & mentis excursionem, & tunc magis induabitur secundo, vel tertio modo. Quod intelligendum est non solum in hac quarta hebdomada, sed reliquo omni tempore.

DIRECT. EXER. SPIR.

De Regulis tradendis. Cap. XX.

Regulæ que additæ sunt in fine exercitiorum, non ideo positæ sunt, vt omnibus proponantur, sed vt quisque eguerit, vel etiam desiderauerit pro sua deuotione. Quare illæ que agunt de distributione eleemosynarum non debebunt dari nisi ijs, qui locupletes sunt, & qui solent, aut possunt eleemosynas facere. Similiter que agunt de scrupulis, non est cunctetur ijs, qui nullis scrupulis agitantur. Illæ item que ad catholicam doctrinam pertinent, ijs potissimum tradendæ sunt, qui in locis, vel cum personis suspectis versantur, quamquam omnibus etiam operarijs, & ijs qui verbum Dei tractant, utiles sint, quia directe pugnant contra sensa, & dicta hereticorum nostræ temporis.

Brenis expicatio nonnullorum, que in Directorio de tribus viis attinguntur. Cap. XXI.

Quoniam in hoc Directorio, & in Exercitijs tradendis fit mentio viæ purgatiæ, illuminatiæ, & vnitiatæ, & quod his respondent ordine suo hæ quattuor hebdomades, ideo visum est pro maiori notitia huius rei aliquid addere. Non enim hoc ita accipitendum est, vt intelligatur aliquis peracta prima hebdomada perfecte, & plene purgatus, per-

acta autem secunda & tertia perfecte illuminatus : & denique absoluta etiam quarta peruenisse ad plenam vniōnem cum Deo . Hac enim omnia indigent diurno tempore, studio, & exercitatione in extirpandis vitijs, in passionibus edomādis ; & in virtutibus acquirendis . Verum hoc indicatur, primam hebdomadā proportionē quadam respondere viæ purgatiuæ: quoniam in ea nihil aliud agitur, quam ut peccata præterita recognoscantur & ponderentur, & concipiatur de eis quam maximus dolor & contritio , & timor aeternæ poenæ, ex quibus frat, vt animus abstrahatur ab amore omnis rei terrenæ, & fundetur in odio, & detestatione peccati. Quæ omnia pertinent ad purgationem animæ. Similiter in secunda, & tertia hebdomada, considerando exemplum Domini Saluatoris tum in vita, tu in passione, & omnes virtutes, quæ in eo tanquam in idea fulserunt, nos quoque discimus, in quo consistat salus, & perfectio hominis, & quæ via sit ad aeternam beatitudinem consequendam. Et præterea, cum anima purgata fuerit, fit habilis & apta ad recipendas illustrationes diuinas, & illapsum, & insinuum filius interni luminis, simulq: gignitur in anima vigor quidam ejiciens omnem concupiscentiam, eamq: feruentem faciens ad patientiam paupertatem contemptum, & omnem asperitatem, & excutiens omna negligientiam, & disponens ad execienda bona opera.

G a vigilan-

vigilanter & strenue. Denique in quarta hebdomada primum ob resurrectionem & Ascensionem Domini, in qua similem etiam meditari possumus futuram nostram gloriam, quoniam, ut ait Paulus, si Christus resurrexit, & nos resurgentemus: deinde vero ex meditatione ad amorem in nobis excitandum, quæ multiplex est, & varia puncta ac materias complectitur, efficitur, ut anima vniatur Deo per amorem, qui concipitur meditando honestatem Dei, & eius beneficia, & quantum nostra causa egredit, atque pertulerit; tum etiam per desiderium coelestis gloriae, per considerationem presentie Dei in omni re & in omni loco, gaudendo de eius perfectionibus, & optando placere ei soli, id propter ipsum solum, & nunc eum laudando, nunc magnificando, nunc admirando eius altitudinem; & alijs semilibus, quæ ut ante diximus, respondent viæ vniuersitatem. Hæc dicitur est ratio duplex, cur dicatur has quatuor hebdomadas respondere his tribus vijs, primum propter materias, quæ in earum quaque tractantur, pertinentes ad has vias; & quia in eis iacentur initia singularium, quæ deinde importet prosequi cum tempore, & cum studio, si velimus ad aliquam earum perfectionem pervenire. Deinde etiam quia discitur modus ac methodus, quam deinde seruare debemus in prosequenda unaquaque ha-
bemus viarum.

Ex his ergo sequitur, quod etiam si quis aliquem

aliquem gustum, aut specimen huius viae vni-
tius in quarta hebdomada habuit, non pro-
pterea debet assidue in ea hærere, sed debet
redire ad priores vias, & sese diu & ordinarie
continere tum in passionum mortificatione
tum in virtutum exercitatione, & in alijs e-
iusmodi studijs consentaneis utrique via: et si
nihil impedit, immo etiam saepe euenit ut dum
aliquis versatur in una via, sentiat interdum
alios affectus pertinentes ad aliam viam
nec sunt reiiciendi, modo ut dictum est, non
~~exerceatur~~ ordinarie ante tempus. Hoc enim
negociū non ex spatio temporis, sed ex mēnsu-
ra profectus pendet. Nam si quis temere aspi-
rare vellet ad illam viam unitiūam, esset ma-
gna confusio, quæ impediret oratione profectū
spiritualem; & insuper etiam esset res exposi-
ta periculis & illusionibus, Faceret enim per
inde ac si quis ex infima schola transire vellet
ad primam non transiendo per medias: aut si
ex infinitis gradibus scalarum saltu traijcere
vellet ad summos, relictis ijs, qui sunt inter-
iecti. Sic igitur antequam aliquis exerceat
se ex professo in via hac, quam diximus, uniti-
ua, oportet ut bene purgatus sit exercitijs via
purgatiuꝝ, & deinde etiam bene profecerit
in via illuminatiua. Ex hujus enim defectu
prouenit, vt multi non ambulantes, sed sal-
tantes in via Domini post multum tempus, di-
uersosq. labores vacui virtutibus inuenian-
tur, impatientes, & iracundi, & cum alijs e-
iusmodi

jusmodi imperfectionibus. Immo hic gradus ad altiorem viam non tam ex electione nostra, & voluntate, ac conatu pendet, quam ex directione spiritus sancti, cuius mos est ascensiones istas in anima disponere, ut eat de virtute in virtutem: in quo tamen ad certiorem directionem, & ad praecauendos errores, qui contingere possunt, consulendus est pater spiritualis qui animam gubernat, & cum eius consilio in omnibus procedendum.

Que commendanda sunt ei, qui absoluit Exercitia. Cap. XXII.

VT qui ex loco calido ad locum frigidum creditur, facile fieri potest, vt citro frigesciat, nisi diligenter curam adhibeat retinendi calorem, ita qui exercitijs peractis redit ad communem vitam, & conuersationem, nihil est facilius, quam vt feruorem, ac lumen conceptum breuissimo tempore perdat, præser-tim quia quicquid boni acquisiuit, nondum est confirmatum per modum habitus, sed est tamquam passio quædam, quæ facile remittitur, vel etiam tota amittitur. Quod cum contingit omnis fructus, & omnis labor exercitiorum evanescit. Quare hoc primum commendandum est ei, qui exercitia absoluit, vt magni aestimet hoc principium, & quasi funda-mentum vita bone, & spiritualis quod per Dei gratiam iecit in exercitijs, idq. à Deo accipiat

piat tamquam beneficium , & quidem maximum, & omnia lumina, omnem cognitionem, quam in exercitijs acquisiuit, credat sibi à Deo donata peculiari quodam amore, & vt talia ea conseruare, & tueri studeat. Præterea timorem concipiat , ne si deinceps non vixerit , vt intellexerit esse viuendum , grauius à Deo puniatur ob ingratitudinem , & quia scienti bonum, & non facienti, maius iudicium est ipsi. Secundo loco intelligat se adhuc nihil aliud fecisse, nisi quod bonum semen in eius anima à Deo seminatum est. Vnde nisi hoc semen foueatur , & excolatur , & ad matritatem perducatur , vt det fructum in tempore suo , per se quidem aut nihil , aut parum est. Itaque hoc primum cauere debet, ne ciusmodi semen , vel à volucribus , idest à Dæmonibus rapiatur , vel à spinis suffocetur , nempe à cogitationibus , & cupiditatibus terrenis & vitiosis , ideoq. non solum peccata , sed etiam earum occasiones euitet , & illa præsertim ad quæ ante exercitia inclinatus fuit , nam contra hæc potissimum se armare debet , quia facilime recidere potest. Tertio hortandus est ad conseruandam , & alendam deuotionē iam conceptam pijs , & spiritualibus exercitatiōnibus, inter quas hæc potissimum commendari poterunt . Primo vt conseruet usum meditationi quotidie per dimidiā horam, aut etiam integrā, si fieri poterit. Secundo vt singulis diebus faciat examen conscientiæ , per quartam

ram horæ parté. Tertio ut octavo quoque die
confiteatur, & communicet. Quarto eligit ali-
quem Confessarium stabilem, eumq. accipiat
ut ducem huius spiritualis itineris, & cum
eo tractet omnia, quæ ad suam animam per-
tinent. Quinto legat sèpe pios libros, & habeat
bonorum hominum conuersationem, malorū
autem fugiat summopere. Sexto curèt profice-
re quotidie in virtutibus, præsertim in huma-
nitate, patientia, & charitate. Et in summa
nitatur ipse quoque ad eam summam perficio-
nem, quam in suo statu, & iuxta mensuram di-
uinæ gratiæ acquirere poterit. Hæc autem sunt
ferè generalia monita, quæ omnibus dari po-
terunt. Alia sunt deinde quæ iuxta ciuitatem pro-
fessionem, aut statum, aut particularem iadi-
gentiam addi poterunt; immo hæc ipsa aug-
ri, & intercedi ex maiori aliquorum denotione,
& progressu spirituali; quod facile aduerteret
bonus, & prudens Instructör adiutus gratia, &
lumine Domini, & Salvatoris nostri Dei, cui
sit gloria, & honor in sæcula.

A M E N.

Kodulam.

A E A D E C E D A

- Omnis est omnis et omnis est omnis
Errata. omnibus sibimis flo
pag. 3. vers. 21. omni hominum. in omni
pag. 8. vers. 23. spiritualem. speciem.
pag. 13. vers. 16. Breuiarum. Breuiarium.
ead. pag. vers. 29. porro. Porro.
pag. 14. vers. 2. post actam. post factam.
pag. 23. vers. 27. aperiri. aperire.
pag. 24. vers. 9. quia. quod.
pag. 26. vers. 14. debet. debet.
ead. pag. vers. 1. opporend. opportuna.
pag. 33. vers. 15. fuggeris. fuggelleris.
pag. 43. vers. 16. aut. autem.
pag. 53. vers. 14. faciunt. faciunt.
pag. 59. vers. 12. exercitorum. exercitorum.
pag. 76. vers. 6. fidet. fide.
pag. 77. vers. 11. alterum. ultimum.

b

Regestum.

* A B C D E F G h.

Omnes sunt quaterniones præter *, quæ
est dimidia duernionis, & G, dimidium
folij, & h, dimidia duernionis.



R O M AE, In Collegio Societatis IESV,
Anno M. D. XCI.

PERMISSV SVPERIORVM.

Digitized by Google

THE AMERICAN HERALD.

THE LARGEST AND MOST POPULAR DAILY NEWSPAPER IN THE UNITED STATES.